

Copiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 292 hojas foliadas y unas de portada bien tratado, completo.

12 — De Eucharistia = Lopez

~~Es prestada al P.e Joan de Landauerde por~~
~~el P.e Fr.o de Huerta~~

Est. 1. de Ms.

Tab. C.



Arcani Eucharistici
Accurata Illustratio

Authore R.º P.e Didaco Lopez
Theologo Societatis Iesu, ac The-
ologiæ professore in Collegio
Hispalensi D. Herme
negildi Societatis
Iesu.



Divisio Totius operis.

Magnum aliquid me facturum arbitror, si quæ in hac materia obscura sunt, et hæretici credunt impossibilia, quæ et doctores catholici planè ardua, et difficilia, eâ dispositione et styli claritate, quam in meis scriptis semper effecisse confiteor, perspicua, ut spero, et plana reddidero, quod ut facilius assequar totum opus in decem et octo quæstiones distribuam, quarum 1.ª erit de existentia, institutione, symbolis, et nominibus Eucharistiæ. 2.ª de essentia, et partibus quæ intrinsecè constituunt Eucharistiam. 3.ª de unitate, et distinctione Eucharistiæ. 4.ª de materia remota Eucharistiæ, ut de pane, et vino. 5.ª de triplici magnitudine et quantitate materiæ Eucharistiæ. 6.ª de præsentia, et determinatione materiæ remotæ ad Eucharistiam requisitis. 7.ª de aqua miscenda vino pro sacrificio Calicis eucharistici. 8.ª de accidentibus panis et vini, quæ post consecrationem remanent in Eucharistia. 9.ª de iis, quæ agere et pati possunt prædicta accidentia in Eucharistia. 10 de præsentia Christi sub accidentibus panis et vini in Eucharistia. 11. de præsentia accidentium Christi sub accidentibus panis et vini in Eucharistia. 12 de iis quæ vi verborum et per concomitantiam ponuntur sub accidentibus panis in Eucharistia. 13 de iis, quæ vi verborum et per concomitantiam ponuntur sub accidentibus vini in Eucharistia. 14 de ubi, quo Christus Dominus collocatur sub accidentibus panis et vini in Eucharistia. 15 de iis quæ Christus agere, et pati potest sub accidentibus panis et vini in Eucharistia. 16 de forma verborum per quam Christus ponitur sub accidentibus panis et vini in Eucharistia. 17. de transsubstantiatione, qua substantia panis et vini mirabiliter convertitur in Corpus et Sanguinem Christi in Eucharistia. 18. de gradu necessitatis quo requiritur ad salutem Eucharistia. Ultima denique de effectibus

quos in suscipiente operatur eucharistia.

Et quia nulli labori parcimus ut nostrorum auditorum utilitati, et fructui studeamus placuit in eorum gratiam nucleum et medullam totius operis superiorum quaestionum decisiones, vi omnino ad finem anni suspendere, sed hic quasi in fronte et tamquam brevi tabella describere ut ... ad oculum videant, quas toto decursu futura sit longioris disputationis materia. Faxit Deus

Quaestio 1.ª
De existentia, institutione, symbolis et nominibus Eucharistiae.
Sectio 1.ª
Fidei dogmata circa Eucharistiam.

Ut clarius statui possint tum veterum, tum recentiorum haereticorum deliramenta opere pretium duxi brevi ea huic nostro eucharistico tractatui praemittere quae Fides sanxit, et latius in sequentibus discutienda. Et quidem primum sancit dari Eucharistiae Sacramentum, illudque esse unum ex 7. sic definit Florent. in litteris unionis. Trident. sess. 7. can. 1. de Sacramentis: ac rursus sess. 13. Lateran. relatum cap. Firmiter de summa Trinitate et fide Chatolica. Carthagin. 3. c. 28. et 29. cap. Cum Marthae de celebratione Missarum. cap. Cum in Sacramentorum, et cap. in Sacramento de consecratione distinct. 2.

2.º Sancit in hoc Sacramento vere, et realiter esse Christum Dominum: sic definivit concilium Romanum, et Bracharense ... Leone 9.

sub

Turonense sub Victore 2.° Generale Romanum, et Nicolao 2. Romanum aliud sub Greg.° 7, ac novissime Tridentinum Sess. 3 c. 3. et cap. 8. Can. 1. Cap. in quibus Cap. et nos autem Caput ecce Cap. panis et in altari Cap. Tria sunt. Cap. Utrum Cap. in Xpo et Cap. ausgerunt de cons. dist. 2.

3.° Sancitur taliter esse Xpum in hoc Sacramento, ut totus sit in qualibet parte, et totus in singulis cuiusvis speciei partibus Sic definit Florentinum in decreto Eugenij ad Armenos C. 3. et Trident. Sess. 3. de Sacramento Eucharis. Cap. 3. et cap. 8 can. 3. et Sess. 21. Cap. 3. de Communione et eiusdem Capitis Canon 3.

4.° Sancitur non solum esse Xpum in hoc Sacramento in usu, hoc est quando recipitur, et manducatur, sed ante, et post sumptionem. Sic definit Tridentinum Sess. 3. de Sacramento Eucharis. Cap. 3. et cursus C. 8. et Canone 4. eodemque faciunt Cap. 6 ubi agit de reservat. Eucharis. ad infirmos ex antiqua doctrina Conciliorum Romanensis et Lateranensis.

5. Sancitur non eodem modo esse Xpum sub speciebus panis ac sub speciebus vini, sed sub illis Corpus esse ex vi verborum, et sub istis solo per concomitantiam. E contra vero sub speciebus panis esse sanguinem per concomitantiam, et sub speciebus vini ex vi verborum. Sic definit Trident. Sess. 13 de Sacramento Eucharis. Cap. 3.

6. Sancitur materiam huius Sacramenti esse panem, et vinum, tamquam naturalem, panem quidem per materiam Corporis, vinum vero per materiam Sanguinis. Sic definit Florent. in litteris Eugenij et firmatur Lateranense Cap. firmiter. et colligitur ex Trid.° Sess. 13 de Sacramento Eucharis. Cap. 4. et Can. 2. eiusdem Sess. 21. C. 2 de Commun. ex concilio Wormatiensi Cap. 4 ex Matisconensi 2 Cap. 4 ex Altisiodorensi Cap. 8. ex Cap. 32 Trullano ex Cap. Cum Marthae de Celebrat. Miss. et tandem ex facto Xpi Math. 26. Marc. 14. Luc. 22.

7.° Sancitur veritas et necessitas fractionis huius Sacramenti. Sic

siu Florentinum in decreto p instruct. Armenorum, et tradunt August. Ambrosius, Irenaeus, Iustinus, Cyrillus alexand. Cyrillus Hierosolimitanus, Eusebius emissenus, Cyprianus, colligiturque ex generali doctrina Sacramentorum, ut videri potest apud Vasquez tom. 2. in 3 part. disp. 129. Cap. 5.

8. Panem converti in corpus, et vinum in sanguinem Xpi. sic definit Lateranense sub Innocentio 3. (quod refert Cap. Firmiter de summa Trinitate, et Fide catholica) Florent. in decreto Eugenii 4. Trident. Sess. 13. C. 4. et Can. 2. Id et ita fieri hanc conversionem (quam Trident. ait aptissime appellari ab Ecclesia transsubstantiationem) ut nihil substantiae panis aut vini remaneat in hoc Sacramento peracta consecratione, decernit. tum ipsum Trid. tum ipsum Romanum concilium sub Gregorio 7. et Romanum generale celebratum anno Dni 1413. tum denique Constantien. Sess. 8.

9. Tandem hoc admirabile Sacramentum habere aliquos spirituales effectus (nec dicitur posse non prodesse, nec obesse) sic definit Trid. Sess. 13. Cap. 2 de Euchia, et Canone 5. Florent. in decreto Eugenii, Viennense sub Clemente 5. et habetur in Clementina Unica de reliquiis, et Venerat. Sanctorum. Colligitur ex Cap. Cum Marthae de celeb. Miss. et ex Lateranensi sub Innocentio 3.

Sectio 2a

Errores Hereticorum circa Euchiam

Mirum est quantum Hereticorum oculi hui Sacramenti fulgore oppressi habuerint. Vix aliquid de illo docent in quo non errent. et in iis errant Archontici de medio tollentes Euchiae Sacramentum, etenim altaris mysterium omnino negarunt teste Epiphanio haeresi 40. quamvis non hoc solo, sed, et alia sacramenta, ut eruditi probat P. Vasquez c. 62 3ae partis art. 4

art. 4. Cui errori ex parte adhaesere Petrobrusiani, quatenus asserebant Xpum D. non dedisse potestatem alijs hoc mysterium celebrandi, ut videre est apud Petrum Cluniacensem in epistola quadam contra istam haeresim.

2°. errant Gnostici cum Magistro suo Carpocrate, Berengarius Archidiaconus Ecclesiae Andegavensis, Albigenses, Wiclefus, Hyeronimus Praga, et Hlamperdius Apostata ex monacho Brigitano ut testatur Bellarminus tom. 2. controversiarum lib. 1. de Sacramento Eucharistiae cap. 1) Zuinglius, Calvinus, Petrus Martyr, et alij communiter dicti Sacramentarij, concedentes quidem Sacramentum Eucharistiae, sed negantes Xpum D. vere, et realiter in illo contineri, sive quia nullo modo ibi esse credebant, ut asserebant aliqui, sive quia solum erat tamquam in signo, et figura tantum, ut malebant alij. Originem vero traxit hic error ab illis discipulis incredulis, qui Ioan. 6. cum retro abierunt.

3 errant Buzerus in lib. reformationis et quidam Lutherani admittentes Xpum esse in Eucharistia, at non tempore, sed in consumptione, hoc est non ante nec post sumptionem, sed cum sumitur a communicantibus ut videre est apud Alphonsum de Castro lib. de Haeresibus verbo Eucharistia haeresi 12. quem errorem postea amplexati sunt impij haeretici nostri temporis.

4. errant Kemnitius in lib. de sexcentis erroribus pontificiorum tit. 17. errore 4. et 18. Hermanus Hamelmanus lib. de Communione sub utraque specie, et Mathias Illiricus lib. contra Sacramentarios parte 2. argto 25. et parte 3. in solut. 3 objectionis asserentes Xpum quidem esse in Eucharistia, sed non totum sub qualibet specie, sed Corpus sub specie panis, et Sanguis sub specie vini unde negant concomitantiam Sanguinis in Hostia, et corporis in calice.

5 errant Lutherus, et Wiclefus asserentes post consecrationem manere simul cum Xpo eo modo quo Xpum esse in hoc Sacramento contrahebant) eundem panem qui antea erat. Differunt tamen in

in

in hoc quod Wiclefus licet poneret panem simul cum Xpi corpore in Eucharistia non asserebat panem esse corpus Xpi, Lutherus vero id asserebat ut videre est apud Castro adversus hæreses, verbo Eucharistia hæresis. Eumque sequutus est postea Melancton

Sed et Rupertus vir alias Doctus et chatolicus ad illa verba loannis Panis quem ego dabo caro mea est asseruit panem in Eucharistia manere hypostatice unitum Verbo divino, atque ideo per ista consecratione Xpus dici et esse panem, unde libro 2° de divinis officijs cap. 2 docuit Xpum in Eucharistia esse corpus panaceum et humanum, atque haec duo corpora posse dici unum propter unionem in hypostasi, quod ipsum repetit cap. 9 additque impios homines solo recipere in communione corpus panaceum, pios vero utrumque simul recipere, et quamvis inter Patrem Vazquez et Bellaminum de scriptoribus Ecclesiasticis lis mota sit circa libros de officijs an sit sint Ruperti, utrique praedictum errorem Ruperto adscribunt.

Errant Durandus in 4. distinct. 11. q. 3 et alij apud D. Thoma 3. p. q. 75. art. 6. asserentes non manere totum panem, ut aiebat proximus error, sed partem illius, etenim Durandus volebat materiam panis, et vini manere post consecrationem quia aliter fieri non posse existimabat, transsubstantiationem panis in corpus, et vini in sanguinem. Illi vero quos supposito nomine refert D. Thomas dicebant, manere formas panis et vini, sed non materias quae hic in illis convertuntur in corpus et sanguinem Xpi

Errant Græci asserentes panem fermentatum esse materiam necessariam, nec posse fieri consecrationem in azimo, ut refert Alphonsus Castro inter alia perversa dogmata huius gentis, sed et hunc errorem adeo tenaciter defendunt, ut latinos chatolicos sugillent, azimitas appellantes, et quod peius est anathematizantes, ut testatur Anselmus epistola de fermentato, et azymo. quod si ipsis invitis, aut omnino inscijs latinus aliquis in Ecclesia græca celebret in azimo, altaria censent manere polluta, et

ut

ut mundent lauant teste Guidone Carmelita.

8. Cataphrigæ asserentes, (ut testatur Augustinus lib. de hæres. c. 26) farinam miscendam esse sanguine alicuius infantis annicult, quem ille minutis vulneribus compunctum [illegible] elicito, quod si perditus infans dolore vulnerum moriebatur, habebatur pro martyre, si in alterum viveret, pro magno sacerdote, sicque putabant ad vivum repræsentari passionem Xpi. idem refert Epiphanius tom. 2 lib. 2 hæresi 48 addens punctiones fieri [illegible] aliculis, et Damascenus lib. de hæresibus, hæresi 49 dicat fieri [illegible].

9. errant Cepurani asserentes ad panem adhibendum esse caseum teste Augustino lib. de hæresibus c. 28. et Epiphanius hæresi 49. unde dicti sunt hi hæretici Artotyritæ; huius etiam erroris meminit D. Thom. [illegible] turpius adhuc errarunt Gnostici, qui ut testatur Epiph. lib. 1. tom. 2. hæresi 26 asserebant pro materia corporis Xpi farinam esse miscendam virili semine.

10. errant Ebionitæ (ut refert Bellarm. tom. 2 controuer. lib. 4. c. 10. ex D. Epiphanio) asserentes in consecratione calicis non adhibendum esse vinum, sed solam aquam. unde dicti sunt aquarii. contra quos disputat Cyprianus lib. 2 epist. epist. 2 parum discedunt ab hoc errore Marcosiani (sic dicti a quodam Marco) qui calicem conficiebant ex aqua, exigua particula vini albi iniecta, quam aquam incantatione quadam reddebant rubram, ut sanguinem putarent [illegible] ut Alii ex Irenæo lib. 1. aduersus hæreses cap. 9. Epiphanio et aliis. idem fecerunt alii, qui loco vini offerebant lac, ut colligere est ex concilio Bracharensi 3. in præfatione.

11. errant Manichæi asserentes nullam omnino formam requiri verborum ad conficiendum hoc sacramentum, ut constat ex D. August. lib. 20. contra Faustum manichæum; et videntur fere ex toto consentire Caluinistæ cum suo magistro lib. 4. institutionum c. 14. docentes ad eucharistiam non requiri certa verba consecrationis (quæ antiqui appellabant formam sacramentalem) sed esse concionalia ad instruendum populum.

L. 2. errant Messalani alio nom.e dicti orantes diuini, et euchitæ asserentes non habere Eucharistiam vim et efficaciam ad prestantissimos eos effectus quos Catholici confitentur, atque conuenire, sed neque prodesse, nec obesse [struck through] accipienti: quibus ex parte consentiunt Armenii, quatenus asserunt neque prodesse, nec obesse ei, sicut nec corpori, vide Castrum lib. 6. aduersus hæreses verbo Eucharistia. hæresi 8. qui hæresi 9 refert ex Guidone Carmelitano Eucharistiam esse maioris virtutis et efficaciæ in feria 5. maioris hebdomadæ quam in reliquis diebus.

Sect. 3.ª

Simbola, et Figuræ, quæ in lege Antiqua præsignarunt Eucharistiam.

Innumera delineamenta fecit Diuin. Deus quibus sicut per umbras Sacrosanctam Eucharistiam expressit, quasi scirent et manus astans, ad tantum, tamque sublime Sacramentum. Nunc adum brauit vero, id quod Theologi dicunt Sacramentum tantum, hoc est species sacrales panis, et vini, quæ post trans-

*Nunc substantionem remanent ex mã Sacramenti, * Rem tantum hoc est effectus venientes ab Eucharistia Sacramento vel gratia refectionis, Nunc Rem et Sacramentum simul, hoc est Corpus et sanguinem sub speciebus Sacralibus panis et vini delitescit, et integram Eucharistiam, ut hæc omnia complectitur, expediubant. ... si paulatim hæ figuras disponeremur, quæ nunc eas irrideant impudentissime Zwinglius et Lutherus.

Sane figuræ L.i generis eximiæ sunt ... panis et vinum Melchisedech. genesis 14. vers. 18 species Sacrales

ad

adumbrarunt. de qq. Caput in Calice (de consecrone dist. 2 (desumptus ex Ambros. lib. 5. de Sacramtis. Cap. 1) et Caput accipite eodem titulo. 2 panes subcinericios Abrahae genes. 18. 2in de panes primitiarum Levit. 23. de quibus Villaroel in indicus Cap. 11. vers. 36. aphorismo 6. n. 11. 3. Panes, et vtres vini quibus Abigail placauit Regem David. 1 Reg. 25 id ipsum delineabant xa. graues Sacri textus expositores. 4. eodem spectabant Panes propositionis, quorum esus so. licitus Sacerdotibus exod. 25, et 40.

Neminimus illustres sunt figurae 2i generis. 1a. Manna omne bene saporem. exod. 16. et Numer. 11. deuter. 8. Josue 5. Sapi. 16. Joan. 6. de quo Caput revera (desumptus ex Ambrosio lib. de iis, qui mysteriis initiant. C. 8. et 9) Caput Corporis (desumptus ex Ambrosio) de consecrone dist. 2. et vide-ri post Conincts. 2a. Petra quae tacta virga Moysis fudit largissimas aquas, vt biberent filij israel. exod. 17 de qua Caput in Xpo (desumptus ex Hilario lib. 8. de Trin.) Caput in Calicem (desumptus ex Ambros. lib. 5. de sacramtis. C. 6) de consecrone dist. 2. 3a. lignum vitis Genes. 2 vivificans, et restaurans vires amissas, de quo Innocentius lib. 4. de officio Missae C. 44. et 45 positus 3. p. q. 57. art. p. et egregie Turrianus tu. 1. de Justitia in proemio. 4. panis Aeliae 3. Reg. 19 offerens fortitudinem ad peragendam viam longam in deserto. 5a. panis Hordaceus ex terminans Castra Madiam. de quo multi expositores 6. Favus mellis aperiens oculos Ionathae. 1. Reg. 14. 7 denique Coena Assueri in qua ostendit diuitias regni sui. Ester. 1o.

Equalis sunt praestantiae figurae 3ij generis, nam 1a. fuit Holocaustus, quod offerebat Deo tanquam omni Dno. totus consumebatur, et Xpus natam humanam Deo obtulit. 2a. victimae quae offerri solebant ad obtinendam veniam delictorum et pars comburebatur pars dabat Sacerdoti, vt denotaret Deus sibi, et Sacerdotes concurrere ad remissionem peccatorum. quod et in Iustitia contingere facile

Collig. exegit cum Xpus ut Ca principalis, Sacerdos autem ut alterius instrumentalis ad mundationem nostrarum maculaxum concurrant. 3.a Hostis, quæ .1. in gratiarum actione, .1. impetrat. donorum offerebant, et earum pars exurebat, altera Sacerdoti tribuebat, et 3.a ipsi offerenti reservabat; nam ad impetratione donorum n. solum Xpus in Eucharistia, et Sacerdos illius minister, sed et nos ipsi propriis precibus, et industria concurrere debemus. De his sacrificijs et collatione illorum cum Eucharistia vide P. Scortiam de Sacrificio missæ lib. 2. c. 2. ubi rem erudite tractat. 4. duo hirci pro peccatis populi, Levit. 16. 5.o duo passeres pro emundatione leprosi. Levit. 14. 6.o Hedus quem Manue tulit, et sup.a petra obtulit Deo. Iudic. 13. Vide Augustinum relatum et receptum a Villaroel. in commentarijs in hunc locum aphorismo 4 n.o 22.

Quamvis adeo præstantes sint Superiores figuræ eas omnes facile superat Agnus paschalis, quæ fuit figura 4i generis. Siquidem ut bene D. Gregorius tum in moralib. tum in homilia 22. in Evangelia. et Hyeronimus ad illa verba Isaiæ tamquam agnus coram tondente se. D. Thom. hic art. 6. Divus Epiphanius lib. 3 adversus hæreses. Theophilactus ad illa Ioannis verba Ecce agnus Dei. August. Tertullian. Rupert. et alij docent se sola repræsentabat quidquid nimirum alia figurabant. repræsentabat. n. Eucharistiam tam secundum species, quam secundum Xpi subiectum, et

Sacr.ales Hostias

rum effectus inde manantes, etenim panis azimus cum quo edendus erat agnus paschalis species Eucharisticas adumbrabat, ipse vero agnus Xpum D. innocentissimam hostiam exprimebat sub accidentib. panis contentum, et pro nobis in ara Crucis immolatum. Sanguis vero ipsius agni aspersus postib. domus ejus liberabat habitatores ab Angelo debastante, effectus et fructus huius Sacram.ti divini satis indicabat.

Sect. 4.
Varia Nomina quibus appellari solet Eucharistia

Non satis videbantur tot figurae ad tantum Sacramentum delineandum, nisi etiam plura nomina adhiberentur, quasi variis coloribus depingeretur. Sed sane adhuc illis adhibitis non sufficit innotescere; nam quemadmodum Dionysius de divinis nominibus sapienter de Deo dixit tantam esse illius maiestatem, ut per multa, et varia nomina numquam digne explicetur; sic Roffensis in proemio lib. 2. de Eucharistia contra Ecolampadium maiestatem Eucharistiae tantam tamque sublimem esse ait, ut numquam digne explicari possit. Et quia multas et insignes appellationes quibus solet exornari, quae tamen aliquantulum innuere possunt, non abs re erit si praecipuas referamus.

Nec sunt praecipuae memorandae, quae sunt veluti epiteta ut cum ab Ignatio dicitur Dei oblatio, et mortis antidotum. A S. Dionysio augustissimum Sacramentum, et Sacramentorum consummatio. a Chrysostomo fons bonorum omnium. a Damasc. carbo ignitus purificans animam. a Trident. memoria mirabilium Dei, antidotum, et pignus vitae aeternae, et iterum a Chrysost. sacrosancta et augustissima mysteria, horrendum mysterium, et miraculum. quibus alia ~~[illegible]~~ passim reperiuntur a patribus. Vide Tridentinum Sess. 13 de Eucharistia Cap. 1, et 2. et 3.

Caeterum appellationes praecipuas appello, quae specialiores sunt et a D. Damasc. lib. 4. Fidei. cap. 14. S. Thoma 3. p. q. 73. art. 4. aliisque iunioribus ad tria capita revocantur. nam cum Eucharistia sit signum rei praeteritae scilicet passionis Christi, rei praesentis scilicet gratiae, et aliorum effectuum, et rei futurae scilicet vitae aeternae ex quolibet horum capitum varia sortitur nomina

Cap.

Cap. 3 Eucaristia

Ex 1.° Cap. quatenus sit repraesentat. rei praeteritae appellatur Sacrificium a Tertulliano lib. de Corona militis. lib. de velandis virginibus, de cultu foeminarum et saepe alibi. ab Ignatio epist. ad Smirnenses et ad Ephesios. Clemente Romano lib. 2 Constitutionum apostolicarum a Cap. 62 et per sequentes libros. Irinaeo et alijs; et iure quidem quia in hoc Sacramento Christus D. offertur tamquam vera hostia, et Sacrificium propitiatorium. Ut Trid. Sess. 22. et Cyrillus in epist. ad Nestorium observant. atque ideo est Signum Sacrificij Cruenti iam praeteriti, et dominicae passionis rememorativum, ut testatur Tridentinum Sess. 13 de Eucharistia. Cap. 2

Secundo ex eodem Cap. appellatur Coena a S. Basilio in regulis brevioribus: Coena Evangelica a S. Nisseno orat. 2. Coena Dominica a S. Augustino lib. 2 de Serm. Dni in monte Cap. 22. et Coenam mysticam appellavit Nizetas in Commentarijs ad Nazianz. orat. 42 quia in ultima Coena Dni hoc Sacramentum institutum fuit. Unde multi explicant de eucharistia parabolam illam Luc. 14. de homine illo qui fecit Coenam magnam ut theophrastus et augustinus quos plures moderni interpretes sequuntur. sed et illud 1. Corinth. 11. iam non est dnicam Coenam manducare non pauci ex patribus interpretantur. admonent vero Soto et Valentia quod licet nomen Coenae dominicae congruat aptissime Eucharistiae, non nisi cum magna Cautela utendum est propter Sectarios qui talia appellatione utuntur ad suum errorem palliandum, aiunt enim Sacramentum Eucharistiae consistere in usu, et in sumptione, non secus ac Coena.

Ex 2.° Cap. ut quatenus repraesentat rem praesentem appellatur nomine rei continentis Sacramentum Corporis

& Sanguine Dni. ab Aug. lib. 3 de Trin. c. 4. et lib. 3 de doctra xpiana c. 9. imo Corpus et Sanguis Xpi d. appellant a Luca 22. Math. 26. et 1. Corinth 11. roe illi rei otentis, q. otinet realiter Corpus et Sanguinem D.

Secundo ex eodem Cap. appellatur roe etiam rei otentis et effectus que Cat. Eucharistia, idest bona gratia ut D. Thomas. 2.o gratia salutaris, ut D. Cyprian. 3. denique gratiarum actio ut Catechismus Pii 5. ius ptat a Pribus et Theologis, satisque frequentur ab Ecclesia, nec immerito nam 1.o Xpum d. otinet qui est Summa gratia, plenus gratia et Fons omnium gratiarum, ofertque Ecclesia ad gloriam, quæ est maxima gratia. 2.o offertur in Sacrificio Missæ in Dei honorem Laudis et gratiarum actione. ut S. Dyonisius de Ecclesiastica Hierarch. Chrisost. homil. 24. in 1. ad Corinth. August. lib. 2.a adversarios Legis. c. 8. pro quo quod in eius ofectione, oblatione, Sumptione gratias Deo agimus pro innumeris in nos Collatis Beneficiis.

Tertio ex eodem Cap. appellatur roe effectus quem causat Cibus et Ouinum ut illud Ioan. 6. Caro mea vere est Cibus, et Sanguis meus vere est potus. q.a Sicut cibo Corporali Corpora aluni, roborantur, et crescunt, ita Eucharistia aluntur ofortantur que aiæ. Unde Trident. Sess. 13. c. 2. dixit Sumi voluit Xpus Sacramentum hoc tamquam Spirualem aiarum cibum quo alantur et ofortentur viventes in vita illius qui dixit, qui manducat me et ipse vivet propter me et prius dixerat Tertul. lib. de resurect. Carnis. Caro Corpore et Sanguine Xpi vescitur, et aia de Deo saginatur.

Hic tn cibus, et opiparum ouiuium extera palias mensas quantumcumque magnificas, et opulentas sine oprouatione vincit, sive donum attendas, cum hic sit ipse Deus, ibi cibus vilissimus; sive modum dandi cum hic totus detur sine divisione singulis, ibi

ibi dividant, et in minores partes licet frangantur, hac virtutem, et potestatem, dantis cum hui, divini institutor sit ipse divinitus ipsa ut bene ponderavit Chrysost. et Ambros. relique eiusmodi debilis, et ex qua facultas dubitantis. Sive locum, cum hi immensa eodem momento temporis innumeris in locis, ipsis longissime distantibus celebrentur, aliis in uno tantum. Sive tempus, cum Eucharistia durat usque ad finem saeculi, non sicut illud uno aut paucis diebus, corporales mense.

4.º ex eodem cap.º graece dicitur Synaxis, et latine communio, seu coniunctio Concilio Tolet.º 1. c. 4. Damasc. lib. 4. fidei c. 14. Chrisost. homil. ad populum Antioch. D. Dyonisius de Eccles. Hierarch. Innocent. 1. Cyprianus et Augustinus. Vet. Cap.º Clerici 3. q.ª 2. et Cap.º Hos iam de Sectionibus. quia hoc sacrum est communio, coniunctio Fidelium, qui corpus ipsissimum ✝Xpi D. manducando corpus unum misticum efficiuntur. ita illud Pauli ad Corinth. 1. C. 10. Calix benedictionis cui benedicimus nonne ✝comunicatio sanguinis xpi est? ~~nonne~~ et panis quem frangimus nonne participatio corporis Dni est? quoniam unus panis unum corpus multi sumus omnes qui de uno pane participamus] unde Trid. sess. 13. c. 14. dicit hoc sacramentum esse signum unitatis vinculum ~~[illegible]~~ charitatis pacis et concordiae symbolum.

Ex 3. cap.º quatenus est etiam signum rerum futurarum et futurae gloriae ad quam disponit, viam parat et vires praestat appellatur viaticum, tum a Patribus, tum a Conciliis sic appellatur a Concilio Niceno. Cap. 12. Tolet.º 1. Can.º 14. Chartag. 4. c. 77. et 78 Agath. 2 Can.º 15. Arausic.º 1. Can.º 3. Ancirano c. 8. ut omittam alia, sed et P. Turrianus tract. 2 de Eucharistia c. 10. non solum viaticum sed viam appellari ait. quod post constari ex verbis Pauli ad hebr. 10. v. 19 Habentes itaque Fratres Fiduciam in introitu Sanctorum in sang.º Xpi, quam initiavit nobis viam novam et viventem etc.ª] quae tam ipse Turrianus, quam Theodoretus et D. Thomas intelligunt de Eucharistia.

Sect.º

Sectio 5. Eucharistiam esse verum Sacramentum

Ita P. Suarez tom. 3 in 3a parte disp. 1 sec. 1 et 2a. P. Vazquez ibidem disp. 157 cap. 1 P. Lugo in ma. de eucharistia disp. 1 Sectione 1 num. 1. Comine de Sacram. q. 73 arti. 1 num. 1. Expositus eisdem q. et articulo num. 2 Scortia de Sacrificio Missae lib. 2. Cap. 2. num. 1. lib. 4. c. 11 num. 31. Fagundez 3 praecepto ecclesiae lib. 1. cap. 2. num. 5 et universi theologi cum D. Thoma 3. part. q. 73 articulo 1. imo et haeretici ipsi, qui non omnia sacramenta negarunt eucharistiam esse sacramentum fatentur. Nam postquam qui tantum posuit 6. sacramenta unum eorum dixit esse eucharistiam. Melancton qui in apologia Augustana in confessione Witembergensi et in suis locis nunc tria, nunc 4r, nunc 5. admisit, unum fuit eucharistia. Calbinus qui dumtaxat elegit duo, alterum eorum fuit eucharistia. Luterus, qui unicum solum agnovit illud fuit eucharistia, et cum Manichei et Seleuciani sustulerint Baptismum teste augustino haeresi 46, et 47. Novatiani, confirmationem teste Theodoreto lib. 1 de fabu. Alii haereticorum, et poenitentiam teste Epiphanius haeresi 59. Albigenses extremam unctionem teste August. haeresi 33. nullus unquam ausus est adimere eucharistiam et quamvis impius Averroes impie appellaverit Christianos impios, eo quod Deum suum devorant Mahometus tamen et ceteri Sarraceni lib. 4. arcorani hoc sacramentum esse dignum reverentia affirmarunt.

Dico 1o. ~~primo~~ ~~primo~~ tituli est Fide Cathol. definitum in Tridentino Sess. 7a. Canone 1 de Sacramentis. Sess. 13 per totam

et sess. 31. in decreto Eugenij 4i quod est post ultimam sessi-
onem Florentini in Lateranensi relato in Cap. firmiter de sum-
ma trinitate et fide catholica in Cartaginensi 3. Cap. 28
Capite et 29 videri potest caput inuitat, in Sacramentorum
de decreto tit. tertio 2a. et caput et caput cum Marti de cele-
brat. Missarum et passim mittamus innumeros alios &c.

Probatur rõe Diui Thomae quia Sacramenta ecclesiae ordi-
nantur ad subueniendum homini in vita Spirituali, sicut alia medica-
mentia ad subueniendum in vita corporali, vita n. spirituali
corporali ~~aliter~~ conformatur eo quod corporalia spiritualium
similitudinem gerunt. Sed ad vitam corporalem requiritur
generatio per quam homo vitam accipit et augmentum quo
homo perducitur ad perfectionem vitae et alimentum quo homo
seruatur in vita. ergo similiter ad vitam spiritualem oportuit
esse Baptismum qui est spiritualis generatio et confirmationem
quae est spirituale augmentum et sacramentum Eucharistiae
quod est spirituale alimentum vitam conseruans. Verum
haec ratio multis videtur urgere (esto contra illa doctores
instant) tum quia sumitur ex quadam apta conuenien-
tia, tum etiam quia non tam probat Eucharistiam esse sacra-
mentum quam supponit, quod sacramentum Euchari-
stiae.

Probatur efficacius ex def. sacramenti nam sacramentum
nihil aliud intelligimus, quam signum quoddam sensibile
practice signans gratiam, sicut statim ex Augustino
dicunt, insensibilis gratiae sensibile signum. At Eu-
charistia totum hoc habet ut ex dicendis constabit ergo
est sacramentum.

Tertio solide probatur quia secundo res aliqua ad cultum
Dei pertinens eo ipso est quod primario ritu et sua
institutione in sacra pagina declarat a traditione ecclesiae
quod sit sacramentum atque illa est affirmandum esse

tale

par. est Sacramentum; sed ita illa quae in Eucharistia manducamus ad spirituale nostrum animae refectionem et Eucharistiam appellamus est quoad varias rationes institutione expressum in Sacra pagina, et de ea affirmat Ecclesia quod sit Sacramentum: ergo ...; ita ... sit ita illa quae Eucharistiam appellamus est Sacramentum; ... Si maior et minor probanda maior ... patet, ... Baptismus et ... Sacramenta ... sacra pagina: minor probatur quoad sacra pagina ex Matthei 26. Lucae 22. Marci 14. Ioannis 6. et ex 1ª ad Corinthios 11. quoad definitionem vero Ecclesiae ex Concilio Tridentino, Florentino et Lateranensi superius allegatis.

Non multum distat ab hac ratio quae ... adducitur: ... remedium ordinatum a Christo ... sensibili principaliter ad ... spirituale et collationem gratiae est Sacramentum: sed Eucharistia talis est, ut patet ex Ioannis 6. qui manducat hunc panem vivet in aeternum; qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. ergo Eucharistia est Sacramentum. Confirmatur aliis: ... si Eucharistia non esset Sacramentum ... septem Sacramenta ecclesiae, at quod ecclesiae Sacramenta esse septem fide sancitum est, ut patet ex Tridentino: ergo Eucharistia est Sacramentum, maior probatur ... numerum septenarium Sacramentorum, ... Eucharistia ... eam demas necesse est septenarium minui.

Sectio 6. Eucharistia est Sacramentum a ceteris novae legis distinctum

Ita ... Scholasticos ... etiam de ...

definitum est: esse in Ecclesia septem et distincta Sacramenta, nec plura nec pauciora: Baptismum, Confirmationem, Poenitentiam, Extremam Unctionem, ordinem, et Matrimonium, ut expresse definivit Tridentinum sess. 7. Canone 1. de Sacramentis in genere. Supponunt opera [illegible], cum de Eucharistia loquuntur tanquam de Sacramento distincto, ut facile a talibus [illegible] [illegible] [illegible].

Probatur aliquo modo 1.o ea Sacramenta sunt diversa quae habent formas et materias diversas: sed Sacramentum Eucharistiae habet formam et materiam diversam a formis et materialibus ceterorum Sacramentorum: ergo est sacramentum a ceteris distinctum. Maior est certa; supponunt minor probatur: quia Eucharistia habet pro forma verba consecrationis, et pro materia panem et vinum; cetera autem aliam formam et materiam diversam habent: nam habet Baptismus aquam et ablutionem. Confirmatio Chrisma et unctionem + (in signum Crucis) Poenitentia peccata et eorum confessionem. Extrema Unctio oleum ab Episcopo benedictum et unctionem; ordo varia instrumenta et traditionem; Matrimonium corpora coniugum, et mutuam traditionem.

Probatur secundo 2.o ea Sacramenta inter se distinguuntur quorum substantia intrinseca distincta est: sed substantia intrinseca Eucharistiae distincta est a substantiis intrinsecis aliorum Sacramentorum: ergo Eucharistia est Sacramentum a reliquis distinctum. Minor ostenditur: quia Eucharistia intrinsece constituitur tum speciebus panis et vini, tum corpore et sanguine Christi D. ut mediate infra satis patebit: Nullum autem aliorum Sacramentorum substantia intrinseca pro corpus et sanguinem Christi D. nec species panis et vini: cum manifestum sit nihil horum includi in [illegible] quod [illegible] illo [illegible] ergo.

Probatur

Probat 2.º quia quae definitione differunt etiam differunt definito; sed eucharistia, et caetera sacramenta definitione differunt: ergo et differunt definito. Consequentia patet, et maior clara est ex ipsis terminis, nam de quo negatur definitio negatur definitum: siquidem convertuntur. minorem probo quia eucharistia definitur Sacramentum corporis et sanguinis Christi per modum convivij spiritualis in specie panis, et vini divinitus institutum ad alimentum et refectionem spiritualem animarum: in sic definitur aliquod ex caeteris sacramentis sed de omnibus et singulis negatur quod sint instituta per modum convivij aut in specie panis et vini: ergo definitione differunt

Quarto probat P. Suarez: quia in alijs sacramentis non solum forma sed materia proxima successiva est, et ideo tantum sunt in usu seu quando ad usum applicantur. eucharistiae vero sacramentum ante usum est (ex Tridentino Ecclesia et Patribus) quia cum materia illius proxima permaneat, et non solum est in fieri, nec solum cum ad usum applicatur, unde post suum fieri factum permanet quamdiu species consecratae durant, ut colligitur ex Tridentino Sess. 13 Cap. 3. Confirmatur; quia in alijs sacramentis tam materia quam forma ordinantur ad unum et eundem effectum efficiendum in suscipientem, nempe gratiam, aut characterem. hic vero diversos habent effectus cum forma consecrationis nihil efficiat in suscipiente, sed in materia, quam transmutat in Corpus et Sanguinem Christi. Materia vero consecrata, seu melius accidentia illius una cum corpore, et sanguine Christi debent in suscipiente gratiae effectum. Nec obstat quod eucharistia Sacramentum a caeteris distinctum, sed inter caetera est praestantissimum, ut colligitur ex Tridentino Sess. 13 et S. Dionysio Cap. 3. (alias 5.) de ecclesiastica Hyerarchia et ex capite nihil de consecratione distinctione 2 - item 1.º quia in se continet Christum Dominum seu ut ait D. Thomas ipsam sanctitatem

ff



01

naturam, quod non habet illa exigentiam sacramentorum tanquam ergo dignitas sacramentorum praecipue consistit in sanctitate atqui cetera sacramenta solum dicunt sancta habitudine, et in genere signi, dum gratiam designant, et efficiunt sanctitatem consecrationem. Eucharistia vero est hoc ipso genere sancta et per se formaliter, quia in se ipsa formaliter continet substantiale Christi de sanctitatem. tum 3.º quia si eucharistia, ut vult S. Thomas ordinantur cetera sacramenta tanquam ad finem et consumationem eorum certe tamen inde colligitur excessus praestantiae, quam habet ratione ceterorum. verum de hac ordinatione, nihil modo definio.

Sectio 7.ª difficultates expediuntur adversus doctrinam praecedentem.

Obijcitur 1.º quidquid praestat Eucharistia praestat confirmatio: ergo saltem a confirmatione non distinguitur Eucharistia, neque est probatio conclusionis. antecedens quod illa concedat probatur Eucharistia, respectu cibus spiritualis tria praestat nempe animam nutrire dum augere vitam spiritualem dum confortare seu vires conferre deducendo ad virilem statum. sed confortatio tria praestat confirmatio, cum augeat vitam gratiae, conferre vires, et vires addat ad pueritiae ad virilem statum, quae vires non nisi nutrimento spirituali comparari possunt, ut ex alimento naturali constat: ergo praestat confirmatio quidquid eucharistia praestat.

Respondetur: dupliciter supradictos effectus conferri et praestari posse 1.º per modum alimenti 2.º per modum medicinae quae admodum in naturalibus cibi et medicinae corporales augent, nutriunt et vires conferunt, aliter in aliis, nam cibi nutriunt et augent tanquam quod ex natura sua tantum et per se ordinatum

ad

ad cd, Medicina v.° n° tamquam quid externa sua primario et p se ordinat ad nutriendum, et augendum, sed ad confortandum seu sanandum: quare sicut in cibis et medicinis corporalibus n° satis e eadem° effectus prestare ut idem e distincte q.a modus prestandi predictos effectus diversus est sic in cibo et medicina spiritualib.

Unde in fra reo ardte distinguendo ans: quidquid eucharistia prestat ex saria sua institut. et intent. prestat confratio ex primaria sua nego ans. quidquid eucharistia prestat ex primaria sua institut. et intent. prestat confratio ex saria sua do ans et nego deinde coa q.a modus tendendi eucharistiae eucharistie e p modum cibi, confrationis v.° p modum medicina confortantis, sed ideo dmeit qui modi aut sint oppositi, q minus c.a tendentium, sufficienter distinguunt nam et sequtus quid distincte utriusque sacramenti, et quemadmodum n° talis, quidquid voluntas post attingere (l. amando, l. xido (l. sequendo) post intellig., et vice versa: q.° una potentia distinguitur ab alia, q.a eius modus tendendi diversus et oppositus sit sequitur una fieri in obra altera v.° e s. sic in valet quidquid prestat eucharistia prestat confratio q.° n° distinguunt. q. modus tendendi oppositus et diversus e sufficiens ratio distinctionis

Obijcit 2.° nutrimentum, et augmentum spirituale est gratia sanctificans, sed confratio sicut et cetera sacramenta p se et ex primaria sua institutione ordinat ad conferendam gratiam sanctificantem: q.° p se et ex saria sua institut. ordinat ad nutriendum et augendum spiritualiter n° minus quam eucharistia. R. distinguendo maiorem; nutrimentum et augmentum spirituale est gratia sanctificans ut prout est vires, et auxilia ad resistendum fortiter fidem c.a hostes

Xpi

neque maiorem: ut confert virtutes, et auxilia ad bene operandum et mediis virtutibus et bonis operibus augendam vitam gratiae jam maiorem. ad gratiam sub hac ratione ordinatur ex natura sua instituta. Eucharistia non confratio, et consequenter confratio non ordinatur ad gratiam sub ratione nutrimenti et augmenti.

Hoc ut melius penetres, clariusque explicetur solutio praecedens placet sic exponere aliter, Eucharistia non solum causat gratiam quatenus confert auxilia ad bene operandum et opera meritoria, augendam vitam spiritualem, sed quatenus confert auxilia ergo accipiens Eucharistiam confortetur, ut tamquam Christi miles fortiter et viriliter proeliet adversus hostes fidem confitendo quo ordinatur ex sua natura institutione ad gratiam sub ea ratione, qua ordinatur confratio. ad quid ideo per modum medicinae. deinde e contra. confratio causat gratiam non solum quatenus confert auxilia ad fortiter proeliandum, sed quatenus confert auxilia ad bene operandum, ut per bona opera augeatur meritum, et gratia. quo ex natura sua institutione ordinatur ad gratiam sub ea ratione qua ordinatur Eucharistia. ad quid ideo per modum nutritionis et alimenti. non distinguuntur etiam ex modo tendendi

Respondeo distinguendo antecedens: non solum auget gratiam ex natura sua institutione quatenus confert auxilia ad bene operandum sed etiam quatenus confert auxilia ad fortiter proeliandum confitendo fidem nego antecedens: non solum causat gratiam ex natura sua institutione quatenus confert auxilia ad bene operandum &c. sed etiam ex natura institutione quatenus confert auxilia ad fortiter proeliandum concedo antecedens (quae etiam ratione vice versa applicanda est distinctio confirmationi) et nego consequentiam. Ratio est quia licet Eucharistia, et confratio respiciant gratiam sub utraque ratione, non tamen sub utraque ex natura intentione; sed Eucharistia respicit naturaliter quod confratio ex natura; et ideo quemadmodum cibus corporalis non ordinatur natura, et ex sua natura ad sanandum, quamvis

ali

aliquando dum nutrit et sanat, sed ad nutriendum et augendum; nec medicina ratione, et ex natura sua ordinatur ad nutriendum, quamvis aliquando dum sanat, et nutriat et augeat, sed ad sanandum; quia non quidquid cibus aut medicina facit ex primaria sua intentione facit.

Hinc facile erit colligere discrimen Eucharistiae ab aliis Sacramentis. nam Baptismus ratione per se tendit ad gratiam, ut est prima generatio spiritualis; Eucharistia vero non tendit ad gratiam, ut est prima, neque ut est generatio spiritualis dans esse spirituale recipienti, sed ut est augmentum, et nutrimentum supponens iam vitam quemadmodum cibus non tendit ad dandum vitam, sed ad conservandum et augendum illud aliunde iam prius acceptum. deinde poenitentia ratione per se tendit ad reconciliationem peccatoris cum Deo, ac proinde non supponit ex se hominem amicum, sed ut potius inimicum. Eucharistia vero non tendit ad reconciliationem peccatoris cum Deo sed ad augendam amicitiam iam positam praesertim substantialem et radicalem; ac ideo non supponit per se esse inimicum sed amicum. 3° de Confirmatione iam diximus. 4° extrema Unctio ratione per se tendit, ad perfectam sanitatem a reliquiis peccatorum; Eucharistia vero ad augmentum vitae substantialis animae praescindendo ab eo, quod extent ejusmodi reliquiae vel extiterint peccata unde relinquantur. 5. ordo ratione per se ordinatur ad rectum usum, et administrationem illius Eucharistia vero non ordinatur per se ad rectum exercitium ordinis sed ut dictum est, ad augmentum vitae spiritualis. Denique Matrimonium ratione tendit ad conferendas vires ut ipsius onera laudabiliter portent; quod longe est a ratione fine Eucharistiae

Objicitur 3 alia Sacramenta Baptismo et poenitentia exceptis per se supponunt habitum gratiae: ergo per se ordinantur ad dandum augmentum ea ratione qua Eucharistia. Respondeo distinguendo locum ex dictis: (quamvis negari posset)

abs

5

abre[?] appe[?] (si ea rōe) ad dandū augmentū, vt precise augmentū ē, sistendo in eo ɔceptu, nego Coam; ad dandum augmentum, ñ sub ɔceptu augmenti, sed vt est priū aliorū effectuū, et vt ɔfert auxilia in specialr ad illos, do; i. Omitto Coam - Eucharistia p se ordinat ad augmentum sub pprio ɔceptu augmenti; nec p se curat an ɔ priū aliorū effectuū; i. an alij effectus de facto inde sequant.

precise

Obijcies 4°. ñ est de rōe cibi augere vitam, nec tendere in augmentū, cum nec in virili ætate, nec in senili, augeat aut augere intendat, esto in pueritia id præstet. ergo v ɔtra tio ñ tendat tam p se in augmentum, ñ ideo distinguet ab eucharistia, siquidem hæc tam rōe ɔceptu cibi, ñ tendit p se in augmentum; Rñ Cum ē lugo de rōe cibi ēē augere substm quandiu est in statu augmenti; et extra statum pfectum, Cum autem aīa quandiu in hac vita est sit in statu augmenti, et extra statum pfectum, hoc est incapacem vlterioris pfectionis de rōe cibi spiritualis erit semp augere, aut in augmentū tendere. ob ipsa quod cibj Corporalis ideo ñ semp augeat. q. aliquando tot partes substiæ deperdunt in Corpore, quot acquirunt. imo aliquando plures deperdunt quam Comparant. in cibo autem spirituali ñ sic, cum durante vita gratia in aīa numquam pdit aliqua pars gratiæ prioris dum subsequens Comparat.

Sectio 8. A quo, et quando instituta fuerit Eucharistia?

Prior pars dubitatis facile solui cum vtr ex fide eucharistia fuisse a Xpo D. instituta, ita expresse definit in Tridentino Sess. 13 Cap. 2 his verbis. Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem Sacramentum

hoc

hoc institui, et sess. 7 Can. 1 de Sacramentis anathema-
tizat contraria affirmantes. Siquis inquit dixerit Sacra-
menta novae legis non fuisse omnia a Jesu Christo D. nro instituta
anathema sit. Ubi advertit ex ipsa enumerare
Eucharistiam inter ipsa. Idem manifeste colligitur ex Ma-
thaei 26. versu 26 et sequentibus, ex Marci 14. versu
22, et ex Luca 22 a versu 19. unde in hac veritate
concordes sunt universi Catholici quidquid voluerint veteres
heretici Vozomistes apud Euthimium, et Arcontici ap-
ud Epiphanium.
Ratione etiam haec veritas probatur
nam Sacramenta novae legis non possunt institui ab eo qui ha-
bet potestatem conferendi eorum productivam gratiae rebus corpora-
libus; sed Eucharistia est Sacramentum novae Legis a Christo
et nullus purus homo huiusmodi habuit talem potestatem;
ergo nullus purus homo instituit Eucharistiam. atque ideo
necessario est instituta ipsa a Christo D. maior probatur, nam
minor ex se videtur nota Sacramenta novae legis sunt productiva
gratiae ex conceptu talium; ergo qui non potest eis conferre
quod sint productiva gratiae non potest instituere Sacra-
menta novae Legis.
Deinde Sacramentum Eucharistiae continet
quidditative Corpus et Sanguinem Christi D. ergo qui non habu-
it potestatem supra Corpus et Sanguinem Christi Domini
non potuit instituere Eucharistiam, atqui solus Christus D.
habuit potestatem in Corpus et Sanguinem suum ante ins-
titutionem Eucharistiae. ergo ipse solus potuit illam institu-
ere. dixi ante institutionem Eucharistiae nam post illam
derivata fuit a Christo D. in legitimos Sacerdotes potes-
tas in Corpus et Sanguinem eius. confirmatur, quia ut bene con-
cluserunt dixi et nullus nisi Christus potuit novum testamen-
tum fundare, et sanguine ipsius Christi confirmare ae

consecrare quod si de potentia absoluta aliud omnes institutionis excogitari potuit, certe de facto id non contigit.

Posterior pars multis ostenditur, quos latissime ventilant sacrae paginae expositores ad praedicta capita evangelistarum; videri possunt ex theologis P. Vasquez tom. 3 in 3am partem disp. 172, et P. Suarez ibidem disp. 41. Hoc certissimum est institutam fuisse in ultima Coena pridie quam pateretur, cum expresse id asserat Tridentinum sess. 13 cap. 1 his verbis: Omnes quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt apertissime professi sunt hoc tam admirabile Sacramentum in ultima Coena Redemptorem nostrum instituisse. Et cap. 2 dicit: Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem Sacramentum hoc instituit. Idem definivit Clemens 5 in concilio Viennensi; vide Matthaeum 26, Lucam 22, et Marcum 14.

Unde manifeste constat institutam in ultimo anno vitae Christi, hoc est 33 ut multi probabiliter arbitrantur, vel inchoato 34 ut inter alios P. Suarez opinatur; sed et constat apud Latinos factam huiusmodi institutionem 1o mense lunarii, luna 14, seu die lunarii 14 (quamvis Graeci male contendant factam die seu luna 13), nam in ea luna celebrabatur agnus paschalis in cuius celebratione Christus instituit Eucharistiam ut colligitur ex Sacra pagina. Mensis autem lunares incipiebat iuxta iudaicam computationem post aequinoctium vernale quod contingit mense martio. Unde eo mense fuisse institutam Eucharistiam arbitramur.

Ad 2am partem diei 14 lunarii, seu lunae 14 in qua fuit instituta Eucharistia, difficultas est admodum, ratione ab illa pendens, an Christus in fine vel potius in principio praedictae lunae pascha celebraverit. Et quidem cum Exodi 12 ita de agno paschali iubeat: Servabitis

eum

eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius. immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Statim oritur difficultas, an illud ad vesperam intelligi debeat de priori vespera, quae erat prius diei 14, vel de posteriori, quae erat finis eiusdem, nam apud Hebraeos, praesertim in ordine ad suas celebritates solebant dies computari a vespera vsque ad vesperam, sicut videre est Leuitici 23. a vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra.

Oleaster in Cap. 23 Leuitici proxime citatus, Ludouicus Legionensis in opusculo de vtriusque agni typici et veri immolatione, et Stella in Caput 22 Lucae existimarunt Christum D. pascha celebrasse in fine lunae 14 quod triplici fundamento probare conantur. 1° quia vespera in Scriptura dum assignat dies festos non finem sed prius diei designat: atque ideo cum iuxta Scripturam Exodi 12 Agnus paschalis esset immolandus 14 luna ad vesperam, sequitur iuxta hebraicam computationem Christum celebrasse pascha 13 die in vltima vespera, quae erat initium 14. 2° quia iuxta legem tam a Christo, quam a Iudaeis immolandus erat agnus paschalis eodem tempore, quo in Egipto, fuerat ab eis immolatus. atqui in Egypto immolatus fuit ineunte 14 luna ergo eodem tempore Christus immolauit. 3° quia si Christus celebrauit pascha in fine praedictae lunae 14. tenemur videre fuisse crucifixum in die solenni azimorum, nam sequenti die artificiali occisus fuit, quod est absurdum, cum non liceret eo die supplicium inferre.

Communior tamen et verior sententia docet Christum celebrasse pascha in fine 14 lunae (atque ideo eadem hora eucharistiam instituisse) ita P. Vasquez tom. 3. in 3am partem disp. 172 cap. 6. P. Suarez disp. 41 de eucharistia sect. 1. P. Ribera lib. 5 de templo. Cap. 3. et alii. Probatur quia supponendum est tamquam verum, quod nusquam tactum est, vt Christum pascha celebrasse eodem ipso tempore et hora

ergo Iudaei tenebantur celebrare. Siquidem exacte observavit Legem, quamvis Lege non teneretur. Atqui Iudaei tenebantur celebrare a festivo die Luna 14. qua tunc Christus celebravit: nomine feria quinta nomine vesperarum alicuius diei non venit initium, sed finis illius. Sed Iudaei tenebantur celebrare ad vesperam diei 14 quae est ad finem illius.

Secunda ratio desumitur ex Patre Suarez et est efficax. De fide est Christus mortuus fuisse in die artificiali proxime sequenti post noctem in qua cenavit cum discipulis suis et Eucharistiam instituit. Ex Missa Canonis Missae: qui pridie quam pateretur etc. Sed Christus est mortuus fuit Luna 15. ergo vespera qua cenavit a prima nocte inchoante diem 15. et vesperae in 2a vespera diei 14. alias rationes vide apud praedictos AA. non est huius loci prolixius examinare praesentem difficultatem.

Si vero petas qua hora determinate fuerit instituta Eucharistia, reor non posse id omnino dictari; neque in Sacra expressum reperiri. nihilominus tamen videtur mihi satis prudens sententia Patris Suarez. tom. 3. in 3 part. disp. 42 Sect. 4 § Ultimo, asserentis fuisse institutam initio noctis post unam aut duas horas a solis occasu; quod ex triplici indicio colligit. 1o ex eo quod cena agni celebranda erat ad solis occasum. Ex Deuteronomium 16. et non statim sed festinanter. Eucharistia vero instituta fuit statim post cenam legalem, et lotionem pedum in quae una vel ad summum duas horas insumi poterant. 2o ex eo quod Ioannes observavit exitum Iudae qui statim post Eucharistiae institutionem fuisse iam nocte, quod solet notari solet in principio noctis non in medio. 3o ex eo quod post Iudae exitum Christus habuit longam concionem, ivit in hortum ubi oravit, fuit comprehensus, ab uno ad alium pontificem ductus, ac tandem examinatus, et nihilominus superfuit magna pars noctis in qua contumeliis afficeretur. ergo omnibus

haud

haud suppeteret tempus si post multam noctem fuisse Eucharistia instituta, ut volebat Claudius.

Nunc ad argumenta Ludovici Legionensis ad primum dico falsum argumentum, et contra ratione constat; ad secundum fateor ita esse, quod affirmat Maior, sed dico assero falsum supponere minorem, nam ut videbat Pater Vasquez non immolarunt Iudaei in crepusculo ineunte luna 14, sed exeunte. Ad 3um omissa sententia Abulensis existimantis non esse prohibitum in 1° die azymorum accusare, vel dicere, et afferre sententiam: respondeo concedendo sequellam, et negando esse absurdum, quod licet Iudaeis prohiberent lege Mosaica forensi accusandi, comprehendendi et occidendi ipsi arbitrati sunt tunc in illis circumstantiis non prohiberi, sed permitti et licere ob bonum commune, cum Christum ut ipsi existimabant blasphemum, et reipublicae perturbatorem occidere, ne tota gens periret. Atque hac ratione interpretati sunt prohibitionem legis.

Sectio 9. Eucharistia fuisse instituta post Coenam Agni, et lotionem pedum, sed ante discessum Iudae.

Non omnes admittunt hanc resolutionem, nam quidam quos supprebo nomine refert Pater Vasquez disputatione 1a illius partem existimarunt Eucharistiae institutionem contigisse ante caenam Agni, sed inchoata Coena legali ipsius, quam more orientalium arbitrantur praecessisse lotionem pedum. Alii sequentes Authorem sermonis de ablutione pedum, qui extat apud S. Cyprianum, crediderunt dicta 2a partem Eucharistiae a Christo fuisse institutam, non ante sed post lotionem pedum; alii denique dicta 3a partem opinari sunt non ante sed post absentiam Iudae accidisse institutionem. Ita D. Clem. lib. 5 Constitu. Apostolicarum Cap. 16. Rupertus lib. 10 in Marc. Hilarius

et alij.

Nihilominus praedicta resolutio verissima est, et quo ad omnes suas partes communi plausu recepta. vide Patrem Suarez. Vasquez, et ex aliis nostri temporis expositores. et quidem quantum ad Coenam legalem agni, constat eam fuisse finitam, quando Christus instituit Eucharistiam ex Trid. Sess. 22 cap. 1. his verbis. nam celebrato veteri paschate, quod in memoriam exitus de Egipto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit pascha et sequitur [...] deinde ex Clementina 1.a de reliquiis et veneratione Santorum ex cap. Liquido. de consecr. dist. 2.a et ex hymno Ecclesiae post agnum typicum expletis epulis corpus dominicum datur discipulis]

Probatur etiam quod Lotio pedum fuit post Coenam agni, cum dicat Ioannes 13 et Coena facta et. quod intelligi debet, ut minimum, de Coena legali nam alij etiam intelligunt de usuali, ita ut post utramque Coenam abluerit discipulorum pedes, Eucharistia autem instituta fuit postea Lotionem, ut constat ex sacra historia, et nos inferius probabimus quod de 1.a ad ultimum, Eucharistia fuit instituta post Coenam legalem agni, probatur quia expediens fuit ut umbra praecederet veritatem Coena autem paschalis agni umbra fuit huius Sacramenti ergo fuit expediens, quod prius ea Coena celebraretur utraque [...] parare ut veritas nempe Eucharistia postea instituere

Quantum ad 2.am etiam partem nostra resolutio probatur tum ex D. Thoma, et communi Patrum; tum quia cum Petrus recusaret lotionem pedum ut constat ex Ioanne 13, Christus respondit Si non lavero te non habebis partem meum quasi diceret absque lotione pedum non participabis meum Corpus et Sanguinem. deinde quia obijciens Christus ignorantiam mysterij Petro subiunxit. quod ego facio tu nescis modo scies autem postea hoc est scies quod postea Sacramentum mei Corporis recipias. erat enim illa pedum lotio mysterij plena nam [...] significabat ablutionem peccatorum praemittendam quod poenitentiam

tentiam ante Eucharistię receptionem, l. purificationem culparum leuium ad dignam communionem, l. opera humilitatis et misericordię, quę praemitti debent, vt se rite disponat receptorum Eucharistię.

Est, et alia ratio mihi efficax in huiusce rei probatione, ad eam tria suppono. Primum in nocte institutionis duas vltra Eucharisticam fuisse cęnas paschalem agni, et communem seu vsualem, vt recte Maldonatus, Suarez et alii. 2.° interea iteratam fuisse lotionem pedum, vt post paschalem et ante vsualem colligitur ex Ioane 13 vbi versu 2.°, 4.°, et 5. ait et cęna facta (scilicet legali) surgit a mensa etc. mittit aquam in peluim, et cępit lauare pedes discipulorum, et versu 12. postquam ergo lauit pedes eorum accepit vestimenta, et cum recubuisset etc. 3. Eucharistiam non fuisse institutam in cęna legali, tum quia et Tridentinus supra citato, et ex D. Thoma 3. part. q. 73 art. 5 tempore fuit instituta in vltima cęna. Cęna autem legalis agni non fuit vltima. nam si attendamus ad consuetudinem illius gentis lotio pedum non permittebat cęnae legali, quę pedibus calceatis celebrari debebat, sed vsuali et communi. atque adeo vsualis fuit vltima, non legalis, tum etiam quia legalis praecipiebat exodi 12 comedi festinanter quod non obseruaretur, si Eucharistica instit.e et tanti mysterij explicatione interrumperetur. nunc sic instituo meam rationem. Eucharistia instituta fuit in aliqua ex duabus illis cęnis, sed non in legali, ergo nunc dicta ergo in vsuali finita, l. inchoata, varietate opinionum, atqui vsualis fuit post lotionem pedum ergo Eucharistię institutio fuit post lotionem pedum.

Deniqʒ quantum ad 3am partem resolutionis probatur non solum ex communi traditione patrum eam docentium, aut supponentium, sicut videre licet apud S. Cyprianum. S. Ambrosium. Bedam. Hyeronimum Laurentium, Iustinianum, Leonem, Rabanum. Cyrillum Alexandrinum Chrysostomum et alios, sed ratione qua Augustinus putat euidentissimam, et desumitur ex Luca 22 nam cum Christus instituisset cu

12 Apostolis, ut habetur versu 14, et Corpus ac Sanguinem suum consecrasset ut constat ex versu 19, et 20. postea versu 21 dixit verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. ergo manifeste Iudas interfuit Eucharistiae institutioni; cuius ad litteram connexio facta ibi est, 2a Lucae narratione.

Secundo probatur eadem ipsa 3a pars. nam Iudas fuit ordinatus episcopus ac Sacerdos, sicut caeteri apostoli, siquidem 2a Divi Petri expositione, actorum 1o. de Iuda intelligunt illa verba episcopatum eius accipiat alter; sed caeteri Apostoli ordinati sunt, quando Christus dixit; hoc facite in meam commemorationem; tunc enim potestatem consecrandi, seu facultatem in Corpus et Sanguinem suum illis tradidit; ergo Iudas tunc adfuit sed tunc instituebatur Eucharistia. ergo institutio Eucharistiae fuit ante discessum Iudae.

Probatur 3o. quia aliqui PP. ponderantes illa verba verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa dicunt esse dicta a Christo D. ut emolliret saxeum cor Iudae, et occasionem praeberet desistendi, ne indigne communicaret ut de facto communicavit, et ne tandem traderet suum magistrum post suum sacrilegium commissum: ergo adfuit tempore institutionis alias frustra ad eum Christus verba dirigeret; nam si Iudas abfuit dum instituebatur Eucharistia etiam abfuit tempore Communionis (neque enim amplius ad mensam rediit postquam semel exivit) atque adeo non erat periculum indignae communionis.

Hinc facile constabit series factorum illius noctis. nam 1o. celebrata fuit cena paschalis agni. deinde Christus surrexit, (sive quia accumbebat, ut multi volunt, sive quia ibi surgere accipitur pro recedere, sicut accumbere pro ad mensam accedere,) et cingens se linteo lavit pedes discipulorum, mox iterum rediit ad mensam in qua, et sermonem illum mirabilem habuit et cum omnibus discipulis cenam communem, seu usualem inchoavit, qua finita ut aliqui existimant, vel inter cenandum ut credunt alii

ins

instituit Eucharistiam. Iudam et caeteros apostolos communicavit et tandem post buccellam panis Iudae porrectam (quam non esse Eucharistiam dicitur ex concilio Bracarensi 3°. cap. 1° Iulio papa 1° in suis decretis cap. 7. D. Thoma Augustino et alijs), mox infelix apostolus a mensa et discipulorum societate recessit, Christum Dominum traditurus.

Sect. 2a An de potentia absoluta potuerit Eucharistia institui ante incarnationem.

Supponimus de facto institutam fuisse ante passionem Christi, et post illius incarnationem, cum apertissime colligatur ex sacro textu, et quidem convenientissime ita factum fuisse ob eadem rationes verisimilitudinis, quas attingit P. Suarez 1a quia antiqua Sacramenta signare debuerunt Christum ut futurum non ut praesentem. hoc autem Sacramentum non ratio Christum continet praesentem, eundemque signat ut talem. 2a quia hoc Sacramentum est abundantissima causa, et Fons uberrimus gratiae abundantia autem gratiae legi gratiae reservari debuit. 3a quia hoc Sacramentum est pignus gloriae; gloria autem lanua nondum erat patefacta hominibus ante incarnationem, 4a quia non fuit conveniens ut Christi corpus esset sub hoc Sacramento antequam naturale esset. 5a quia Sacramentum Eucharistiae saltem ex natura supponit mysterium incarnationis, estque teste Chrysostomo illius velut complementum. denique quia ante incarnationem non erant homines dispositi, et ideo instruendi erant ad tantum mysterium recipiendum varijs figuris, et praedictionibus.

Difficultas est. de potentia absoluta Dei, an scilicet potuerit Eucharistia aliter institui quam de facto instituit nimirum non post incarnationem, sed ante illam. in qua difficultate partem affirmativam tenent

C. Suarez tom. 3 in 3 part. disp. 48. sect. 2 §. ad 3 bene. C. Lugo disp. 5 de eucharistia sect. 8 num. 90 (qui meus non decernat an tunc foret diversum Sacramentum ab eo quod modo est) et afferri etiam solet Scotus in 4. dist. 10 q. 4. Gabriel lect. 47 in canonem missae, et alii. Negativam vero Caietanus 3 part. q. 75 art. 2. Paludanus in 4. dist. 8 q. 1 art. 3 et Dicastillus tom. 3. part. q. 73 art. 5. ad 2um tamen si C. Suarez ita eum explicat ut non loquatur de possibili, sed de convenienti modo institutionis.

Praemitto resolutioni, dupliciter posse sumi incarnationem 1° pro unione humanitatis ad Verbum abstrahendo ab eo quod huiusmodi unio facta fuerit in utero Virginis et extra Sacramentum modo naturali et extenso, seu intra Sacramentum modo inextenso. 2do pro ipsa unione facta in utero Virginis carne quae de facto fuit cum modo existendi extenso et naturali, quibus sensus diversimodi et illorum distinctio ingentem lucem affert praesenti difficultati ad quam illius sequitur resolutioni.

Dico 1°. impossibile fuit Eucharistiam institui ante incarnationem, sumpta incarnatione priori modo. Ita ad minus DD. proxime allegati pro 2a sententia, quam intelligo non solum de antecedentia ratione temporis, sed etiam rationis, et naturae. Probatur 1°. ante incarnationem priori modo non est Christus, sed ante Christum non est Eucharistia. Ergo ante incarnationem priori modo non est Eucharistia. Maior constat quia Christus habet esse per incarnationem priori modo. Minor probatur quia Eucharistia intrinsece, et essentialiter constituitur per Christum existentem saltem ratione corporis, et sanguinis ipsius ut constringens in triduo mortis ut dicenda infertur.

Probatur 2° si Eucharistia institueretur ante incarnationem priori modo Eucharistia esset antequam contineret intrinsece corpus, et sanguinem Christi D. et antequam per illa constitueretur sed impossibile est Eucharistiam esse antequam contineat intrinsece corpus et sanguinem Christi D. et antequam per illa constituatur. Ergo impossibile est Eucharistiam institui ante ~~quam~~ incarnationem priori

modo

mo. minor patet. probatur sic sequella: Corpus et Sanguis non po-
tius habent esse Xpi, quam huius, aut alterius personae ante unionem ad
personam, cum unio ad personam divinam potius, quam ad aliam det esse po-
tius Xpi, quam huius, aut alterius personae. ergo si Eucharistia instituerei
ante incarnationem priori modo, hoc est ante unionem ad divinam personam
Xpi, Eucharistia esset instituta antequam contineret Corpus, et
Sanguinem Xpi D. et antequam per illa contineret, et ad summum
contineret corpus, et sanguinem alterius, vel nec alterius nec Xpi
Probatur 3. quia prius est Xpum esse in-
carnatum priori modo, quam eo modo incarnatum esse praesentem Euch-
aristiae, cum ideo sit praesens Eucharistiae quia est, et non e contra ideo sit quia
est praesens Eucharistiae praeterea quia modus qualis est praesentia
pendet a priori a subiecto, vel rectius est modus. ergo Eucharistia, quae
sensum affert praesentem Xpum incarnatum priori modo non post esse an-
tequam sit eo modo incarnatus, alias, quod est posterius esset ante
id, quod per se est prius, nec valet dicere, quod in re cedat mutua
prioritas, cum haec a nobis fuerit semel ac saepius impugnata
tum in physlosophia, tum in materia de Trinitate.
Probatur 4., quia quae non aut sequuntur post Eu-
charistiam integre institutam non requiruntur ad veritatem verborum,
cum veritas verborum contenta sit existentia Eucharistiae. ergo
quae necessario requiruntur ad veritatem verborum non possunt sequi
post Eucharistiam integre institutam. atqui impossibile est verba
consecrationis esse vera deficiente unione Xpi ad verbum seu in-
carnatione priori modo cum sit impossibile dici de persona Xpi aut nomine
personae Xpi quod sit suum corpus (idem est de sanguine)
quod non est sibi unitum, nec umquam fuit. ergo unio Xpi ad
verbum, seu incarnatio priori modo non potest esse aut sequi post
Eucharistiam integre institutam, alias diceret de persona Xpi
aut nomine illius illud esse suum corpus, quod nec est neque umquam
fuit illi unitum. non ergo potuit ante incarnationem priori modo accep-
tam institui Eucharistia.

Dico 2.º bene potuit institui Eucharistia ante incarnationem posteriori modo quam intelligo et antecedentia, non solum ex ratione 3.ª Ledesma, sed etiam temporis. probatur 1.º quia bene potuit Deus decernere producere Xpum in Eucharistia dependenter a prolatione verborum, et nullo pacto extra, quia implicatio repugnat in hoc. Sed tunc esset Eucharistia ante incarnationem posteriori modo ergo Eucharistia institui potest ante incarnationem posteriori modo.

Secundo incarnatio posteriori modo non requiritur ad veritatem verborum neque ad intrinsecam constitutionem Eucharistiae. ergo haec institui potuit ante incarnationem posteriori modo: patet consequentia quia institui potuit ante id, quod neque ad veritatem verborum, neque ad intrinsecam illius constitutionem requirit. antecedens probatur tum quoad priorem partem quia ad veritatem verborum sufficit quod Xpus sit praesens speciebus id enim affirmat non quod fuerit incarnatus in utero Virginis, aut quod modo naturali sit extra Sacramentum. tum quoad posteriorem, quia Eucharistia intrinsece solum dicit animam et Xpum modo inferius explicando. Ut autem anima et Xpus sub illis sint non requiritur incarnatio in utero Virginis, aut quod Xpus sit modo naturali extra Eucharistiam per rationem praecedentem.

Probatur 3.º Xpus esse non pendet ad incarnatione in utero Virginis neque a modo naturali existendi extra Eucharistiam neque a modo Sacramentali intra illam, sed abstrahit ab his modis cum sit indifferens ad omnes, et per quemlibet sufficienter sit ergo potuit Deus ponere Sacramentaliter absque eo quod poneret in utero Virginis vel absque quod esset naturaliter sicut potuit e contra at eo ipso quod Sacramentaliter poneret et non in utero Virginis aut naturaliter extra Eucharistiam esset Eucharistia ante incarnationem posteriori modo: ergo institui potuit Eucharistia ante incarnationem posteriori modo.

Dices frater quia bene potest Deus conservare Xpum Dominum in Eucharistia sub modo Sacramentali non conservando

do

ex se

do illum illo mo extra Eucharistia sub mo nali: ergo et bene potuit produci in Eucharistia sub mo Sacramentali, nullo mo producendo sub mo nali. Cur non? imo probant id aliqui ex eo quod qq ualis virtus requirat ad servandum quam ad producendum, et ut plures dixit 2o de generatione ex eisdem nutrimur seu servamur qq sumus, seu producti generamur. Verum hec probatio inefficax erit in eorum sententia, qui admittunt Xpus posse servari in particula separata nullo sensu perceptibili, non tn posse inde produci, de quo nos inferius.

Hec probant institui posse Eucharistia omnino absque incarnatione ~~priori~~ mo. nunc addo posse etiam institui simul tempore cum incarnatione posteriori mo cum mutua independentia veluti si eodem momento temporis quo verba proferuntur super ma panis Xpus in Eucharistia ponebatur et in utero Virginis incarnaretur absque eo quod ad existendum in Euchara requirat quod in utero Virginis formetur nec ut in utero Virginis formetur requirat quod in Eucharistia existat, aut in illa producat. quemadmodum multi dicunt (videatur Herize) ad rationem Xpi duas contrarias fuisse duas actiones adequatas alteram dependentem a mo passili, alteram independentem, ita ut ex illo cuilibet sufficiente erit in rerum na ideo quod distinguitur in finibus adequatis qui licet tempore concurrant, et ad actionem moveant, tamen prestant mutuam independentiam in Cando, et in movendo. priori

Sectio 11 Arguta dissolvuntur.

Obijies 1o adversus 1a partem nam replurimis ad Sacramentum Eucharistiae solo requiri quod Xpus seu incarnatio priori mo et tempore et quo Eucharistia existit, hoc statuit priorit.te re post, quamuis Eucharistia precedat na, id est Xpus, et incarnatione priori mo: ergo Eucharistia institui potuit ante in

incarnõis priori mõ saltem prioritate rõis, minorẽ pbat q.a etiam requirit ad veritatẽ verborũ, quod Xpus sit et tñ antecedunt verba, nã l. roe Xpũ, et post ea illius ver. negando minorẽ. nequit n. intelligi Eucharistia in aliquo priori ñ intellecto corpore aut sanguine Xpi D. in eodem priori. alias intelligeret res destitua, et nullus, omnis sui cõstitutiis. ad pbationẽ dic. Xpũ ñ requiri ad veritatẽ practicã, quã præcedit ipsum p modũ cõ in actu 1°, sed ad veritatem speculativam, quã nullo mõ illã præcedit sed fõaliter includit illã. Verũ de hoc inferius.

Objicies 2° Eucharistia est signũ practicũ ñ sõ gratiæ sed etiam Xpi in hoc ut præcipue differt a reliquis Sacramentis. e.g. præcedit rõe aut tã ipsum Xpũ et saltem interminatione priori mõ pbo cõam. q.a signũ præcis est re repræsentata p ipsũ. Resp. Eucharistiam cõplexe acceptam et sũ singulas partes ñ eẽ signũ practicũ Xpi p modũ actus ei, sed p modũ rei actu cõtinentis illum; est signum rũ actũ, et rũ cõtinentis et Xpi. unde nequit præcedere ne alias includens præcedat rem inclusam, quod est impossibile. Differentia autem huius Sacramenti a reliquis in hoc stat, quod cõferãt gratiã, sed ñ cõtinent fõaliter fontẽ gratiæ, nempe Xpũ D. hoc vero cõtinet. Cũ illius corpore et sanguine, tamquã prædicato intrinseco et cõstitutivo; ut ostendo inferius.

Objicies 3° Ḋ. 2a partem resolutionis. prius est Xpũ eẽ, quam signaliter eẽ in Eucharistia valet. n. Xpus est signaliter in Euchar.a e.g. est. ñ tñ e D.a e.g. prius est eẽ extra Eucharistiã, quam intra illã. tenet cõa. q.a tamdiu est extra Eucharistiã, qdiu ñ est intra. et ñ est intra præcisionam intra illã, sed neq. est post Eucharistiã institui ante eẽ

cõna-

rnationali Xpi quod hēt extra Eucharistiā, et ante incar-
nationem in utero virginis. ergo eodem modo quo sicut potest praecedere
et in Euchar.o quam extra illam etc. Resp. negando conseq. enthima-
tis eodem. n. m. valet non est intra ergo est extra. cum possit
abstrahere ab intra et extra si consideret Xpus tum se inde-
pendenter a praesentia, ut vere tunc consideratur. ad hoc ut esset
extra requirebatur non solo quod praecise esset, sed quod esset cum praesentia
qua alibi fieret in spatio secunde neg. cons. et ultima
eodem. nec spatio urget ut ex modo dictis patet.

Obijcies 4.o adversus eandem partem. Sacramentum
Eucharistiae repraesentat mortem, et passionem Xpi quoni-
am est memoriale illarum, ex. Euangelium Lucae 22. haec quo-
tiescumque feceritis in mei memoriam facietis. ergo ex suo concep-
tu supponit passionem et mortem Xpi cum memoria ex quo
teritorum passio autem, et mors Xpi supponunt incar-
nationem in utero virginis. l. saltem Xpus naturalis modo esse
tam extra Eucharistiam: ergo dicit ad ultimum Eucha-
ristia supponit incarnationem in utero virginis et consequenter
institui non potuit ante illam.

Resp. D. Thom. 3. part. q. 73
art. 5 ad 3um hoc Sacramentum fuisse institutum ut esset in futu-
rum memoriale dominicae passionis, ad quod id est non necesse esse pro
tempore institutionis supponere passionem et mortem Xpi
unde dixit pater Lugo non videri hoc Sacramentum habere de se
signare mortem Xpi ut praesentem. siquidem in cena
nondum erat praesens mors Xpi et multo minus praeteri-
ta, sed mere futura, et non habet tota ratio Sacramenti ex se so-
lum repraesentare mortem Xpi tali tempore exercita
praescindendo ab eo quod sit futura l. praeterita quod to-
tum praestaret ante incarnationem in utero virginis, et ante
existentiam naturalem Xpi extra Eucharistiam.

Et quidem si argumentum probat aliquid ad 2um [illegible]

probat, nec de facto fuisse institutam Eucharistiam ante passionem nec institui posse. Propterea quam quod licet daremus quod non oportuit) in nostra hypothesi non institui Eucharistiam prout institui posset ut memoriale passionis, haud inde sequitur absolute non posse institui cum institui posset ut signum sensibile gratiae (et fomentum nutrimenti spiritualis, seu refectionis animae) non minus quam cetera sacramenta, quemadmodum instituerit si Christus venisset in carne impassibili, et numquam esset moriturus aut passurus.

Obijcies 5.o adversus eandem. Si Eucharistiam instituerit ante incarnationem in utero Virginis, et antequam Christus existeret naturali modo extra Eucharistiam, vel haberet Christus 1.o esse ex vi sacramenti Eucharistiae, vel supponeret aliunde illud habere extra? neutrum potest dici: ergo non posset institui Eucharistia ante incarnationem in utero Virginis. Consequentia. Maior videtur vera. Minor vero probatur: quia si diceres esse Eucharistiam supponit esse prius, quam Christus habeat esse; cum eam supponat ad effectum quod est ante incarnationem priori modo iam dicta. Si dicas primum, habetur intentum.

Respondeo Christum Dominum tunc habiturum esse ex vi integre Eucharistiae. Item non est modo, nec tunc esset causa (physica vel moralis pro vario modo discurrendi) Christus, sed ex vi verborum consecrationis, quae profert, et tunc etiam essent tam ratio Christi quam [illegible] prius sacramenti Eucharistiae. Si autem replices: verba consecrationis proferri nomine Christi: ergo ideo ancilla debere supponi ei Christum, ut illius nomine proferret verbum; propterea esset quod Christus ancilla supponat, ut illius nomine proferantur cum proferri possent nomine Christi futuri ad modum quo supponit docuerunt Theologi gratiam antiquorum patrum datam ex meritis et nomine Christi cum tamen Christus tunc non esset, sed post multa saecula foret venturus.

Obijcies 6.o contra eandem. Humanitas Christi est

pri

prius phyè influens in psia Sacramtale; qª supponit hãe ẽe antequa sit psens Eucharistiã, et sequr nõ prius debet ẽe Xpus incarnatus, quã instituat Eucharistiã, nec aliàs humanitas Xpi sit sine incarnõe, ꝗ· nõ supponat ad psiã in Eucharistiã cõmuniõ, vt prius illius physicus vt sup. sine fundo poni humanitatẽ hãe tunc influentia physica. Etere, nec cõ dici quenitur argumentũ nam humanitas post supponi incarnata priori mõ ex dictis sect. pcedenti; nõ in vtero Virginis, moonali sũd exssi cerebrũ, et sic cõducta post physicè producere psiã Sacramtale, nam prius est ee in se et exsistere, quã spatio loci sistere, seu loco psens ẽe.

Cap. 2. De essentia et Partibus, qª intrinsecè cõstituunt Eucharistiã
Sect. 1. Pręmittuntur quædam ad totius quęstiones decisionem.

Pręmitto 1. Eucharistiam, sicut et cętera Sacramenta duplicr posse cõsiderari, et sub qualibet cõsideratiõe suã hẽre specialẽ cõstitutionẽ. 1º n. cõsiderari põt in rõe signi, signãd in gratiam ex vi suæ institutionis. 2º in rõe entitatis, vt sic eqmque idest id, quod accipit talem vim significandi, et est relatiui subtus signi, et denominatiuũ quemadmodũ vox significatiua ad placitũ post cõsiderari totidem modis. altero id quod accipit ab hoĩb. vim significandi, et reddit vox significatiua ad placitũ, altero id entitatẽ prcisam vocis, seu soni quã hẽt ante impositionẽ, et est subtus signi, et denominati.

Pręmitto 2. nõ ee sermonẽ de partibus cõstituentib.

Eucharistia sub priori consideratione constat constitutiue ex significatiua, et ex re significante et ma, sed de constitutiuis sub posteriori nam quemadmodum entitas vocis est constitutiua significatiue sermonis hic syllabas quas colligit, ita entitas, quae in Eucharistia attigit a Christo vim significandi gratiam &c. hic etiam est constitutiuum a significatione sua constitutiua, de quibus in praesenti inquirimus quae ista sint.

Praemitto 3o. meum praesenti non loqui de Eucharistia in fieri, sed de Eucharistia in facto esse nam magna diversitas est utriusque status: nam quae ista quae intrinsece concurrunt ad statum fieri concurrunt ad statum facti tamen si vice versa, concurrunt ad statum fieri, quae concurrunt ad statum facti, ut videre est in compositione naturali ut est in fieri ad quod concurrunt tria principia, et ut est in facto ad quod tantum concurrunt duo. Voco autem Eucharistiam in fieri, ipsam ut est in transitu de esse panis, ad esse corporis, et sanguinis Christi per consecrationem in facto vero voco ipsam cum praedicata intrinseca sua, et essentialia quae perseverant post transitum, et consecrationem peractam.

Praemitto 4o. multa concurrere ad Eucharistiam de quibus dubitari possit an illam intrinsece constituant. nam 1o. concurrunt verba consecrationis. 2o. Substantia panis et vini 3o. Species sacramentales, seu accidentia panis, et vini. 4o. Corpus et sanguis Christi D. 5o. Usus seu sumptio, atque ideo de singulis speciatim dicimus cum nostra sententia exponamus et probemus, nunc ibi dubium quin unio corporis et sanguinis Christi cum speciebus sacramentalibus, siquidem ut multi volunt realis et physica intrinsece pertineat ad constitutionem Eucharistiae ex vi dicenda inferius, sicut unio inter materiam et animam rationalem intrinsece constituit hominem; verum an eiusmodi unio detur sub iudice est, et suo loco examinandum, eam sic per se mihi videtur certa[?] nec ullus catholicorum negabit. atque ideo tamquam illam totius huius esse numeratimus[?].

De

De actione autem, quam vocant transsubs-
tiva, seu qua Xpus D. active ponit sub speciebus panis
exigua potest esse difficultas, quoniam est longo tendat ad intrin
secum constitutivum Eucharistiae pertinere. Verum ipse loquitur de ac-
tione, qua Xpus D. in genere efficientis substentat accia
panis. quam actionem dicit esse unionem Xpi cum speciebus et ratione
illius Xpus subire munus, et officium substantiae panis. Caeterum
de alia actione, qua ex pane destructo Xpus, rem aliquam pro-
ducit sub speciebus, aut rem aliam adducit, sive active constit.
constituit, Coes DD. supponit non pertinere intrinsece ad Eucharis-
tiam tamquam illius constitutivum est non. et recte dixit Soto. sed ta
(n)tumtaxat ad Sacramentum sicut actio ad rem non pars essentialis
et interna.

Tandem praemitto ex materia de Sacramentis in ge-
nere intentionem ministri non esse praedicatum intrinsecum, et consti-
tutivum essentiale Sacramenti, esto necessario requiratur ut conditio sine
qua non, neque id hic probandum, sed aliunde supponendum cum
loquamur de iis, quae specialiter pertinent ad constitutionem Eucharis.
non de pertinentibus ad constitutionem Sacramenti in genere

Sect. 2a. Aliorum placita recen-sentur.

Prima opinio ait verba consecrationis, seu actionem
consecrationis esse directe Sacramentum Eucharistiae, esto indirecte im-
portet materiam. referri solet Caietanus 3a. part. q. 63. art. 5. et
6o. et Durandus in 4o. dist. 8. q. 2. ac multum favet S. Tho-
mas ibidem. q. 1. art. 2. sed et Gabriel. quem refert Sotus
in 4o. distinct. 8. q. 1. art. 1. Censuit consecrationem esse Sacramentum
Eucharistiae, quoniam speciebus Sacramentalibus et sumptioni
idem accedat, atque ideo fateor in Eucharistia sicut in ordine
esse plura Sacramenta unum tamen vocari, quia ad unum corpus et

San

Sanguine Xpi, ad unamq. spualem alimoniam ordinant.

Secunda ait Eucharistiam intrinsece constare ex speciebus et ma, et ex verbis consecrationis et fra sic Marsilius in 4. q. 6 art. 2. et q. 1 art. 2 dixerat Corpus Xpi non esse Sacramentum, sed quid annexum huic Sacramento quasi diceret Corpus Xpi non est quid attinens Sacramentum Eucharistiae (nam consistere in parte non negat sed esse adaequatum Sacramentum, se etiam partiale) est tamen, ut ait cum Eucharistia unexus q. vi verborum infallibiliter ponit sub speciebus.

Tertia opinio ait solas species consecratas et non consecrationem, neque verba, aut Corpus et Sanguinem Xpi D. contenta sub speciebus, neque usum seu sumptionem esse Eucharistiae Sacramentum. ita P. Fagundez 3. praecepto Ecclesiae lib. 1 c. 2 num. 6 pro se referens plures alios, et simul dicens esse eandem apud huius temporis DD. quod an ita sit non vacat modo examinare.

Quarta ait solum Xpum D. pro visibilibus signatum et sub speciebus attinens esse Eucharistiae Sacramentum. ita sensisse Thomam Waldensem tom. 2. de Sacram. cap. 21 testatur P. Valencia tom. 4. disp. 4. quae est de Euchar. q. 1 punct. 3. quamvis P. Vasquez 3 part. disp. 167 cap. 2 ostendat Waldensem non dixisse a Cor. sententia. nec bene a DD. intelligi qui pro hac sententia citant.

5.ª ait Eucharistiam adaequate constitui pro species sacramentales, et Corpus ac Sanguinem Xpi D. ita Vasquez de suis citatis cap. 3 iuncto 2. Puteanus 3. part. q. 73 dub. 1 concl. 4. Alanus lib. 1. de Euchar. a cap. 3. P. Conink de Sacramentis q. 73 art. 1. num. 19 et 20. P. Praepositus ibidem dub. unico num. 8. P. Reginaldus lib. 29 praxis num. 3. P. Scortia lib. 1 de Sacrif. Missae cap. 4. num. 2, et alii quos dabit noster Vasquez an autem utraque pars. l. earum dumtaxat altera intret constitutionem in recto non oes explicant. P. Vasquez sine dubio sentit utramque intrare in recto; seu constituere

Loqui solet directè. C.r Reginaldus videtur sentire solas
Species in recto, et pro se citat Bellarminum.

6.a ait Eucharistiam intrinsecè constitui
tam ex speciebus Sacramentalibus, quam ex Corpore et Sanguine Christi
D. et insuper verbis consecrationis tamquam ex forma ita P. Sanc-
rius tom. 4. disp. 5. de Euchar. dub. 3. P. Suarez 3.a parte disp.
42. sect. 2. et 3. C.r Valencia tom. 4. disp. 6. quaest. de Euchar.
et punct. 3. iuncto 1.o, et pro se citat alios. Ubi autem proxe-
mi notant tam Corpus et Sanguinem, quam species Sacramentales
importari ab Eucharistia in recto.

7 opinio ultra praedicta nempe ultra Corpus
et Sanguinem, species Sacramentales et verba consecrationis addit
tamquam intrinsecum et essentiale constituens Eucharistiae actionem trans-
substantivam, et credit quod pro hac ultima parte possint citari
D. Thomas et alij. Verum haec sententia differt
a praecedentibus non solum in additione actionis transsubstantivae, sed etiam
quia ponit Christum D. in recto, et species solum in obliquo.

Ultima tandem opinio (si opinio appellanda est
Haeresis manifesta) dicit ad Eucharistiam pertinere verba
consecrationis, species Sacramentales, Corpus et Sanguinem Christi D. et
usum seu sumptionem specierum Sacramentalium. Ita plu-
res heretici (inter quos Lutherani dicentes Eucharistiam consistere in
tota illa serie prolationis verborum, distributionis utriusque
speciei, et usu aliquorum suscipientium etc. quam describit Eu-
angelista) et unus vel alter ex DD. Catholicis ut Aure-
olus apud Capreolum. Magna tamen intercedit differentia inter
Aureolum et Hereticos; nam heretici dicunt non contineri sub
speciebus Christum D. ante usum. Aureolus vero fatetur quidem conti-
neri ante usum, adhuc tamen non esse completum Sacramentum donec acce-
dat usus.

Haec DD. placita maiori qua potui claritate
et fidelitate relata. Nunc ad tollendam aequivocationem adverte

in

n usurpari pro eodem in hac materia Sacramentum et Sacramentum tantum. Etenim DD. Theologi tria distinguunt in quolibet Sacramento ex Innocentio 3. Cap. Martty. de Celebrat. Missarum, scilicet Sacramentum tantum, Rem Sacramenti tantum, rem simul et Sacramentum appellant Sacramentum tantum id quod significat sed non significatum, ut in nostra materia species Sacramentales quae gratiam signant non tamen signantur. Rem Sacramenti tantum appellant illa verasa id, quod signatur sed non signat ut gratia sanctificans, quae per species sacramentales signatur nihil tamen ipsa signat. Rem et Sacramentum simul appellant id quod simul habet utrumque nempe signari, et significare ut Corpus Christi sub speciebus quod per ipsa signatur, et ab ipso signatur gratia. At Sacramentum absolute, et sine respectu ad aliud non stat solum pro Sacramento tantum, sed amplius dicit nempe totum id, quod quidditative constituit Sacramentum

Sectio 3.a meum placitum accurate descriptum.

Cum Eucharistia sit cibus spiritualis animae et per conversionem fiat non alio melius explicare poterit, quam illam intrinsece constituat ex concurrentibus ad conversionem transubstantiationis, quam si ob oculos apponamus, quae concurrunt ad conversionem per quam fit cibus corporalis (idem est de potu), et quae illum intrinsece constituant. Seruant non in modica proportione et correspondentia: in ... ex Terra v.g. fit cibus. In cibum terra conversionem quae concurrunt forma terrae quae se habet per modum termini a quo recedit cibus quae fit. Materia terrae, quae se habet per modum tertij communis utriusque subjecti, recedentis et advenientis. Transit non de esse formae terrae, ad non esse formae terrae sed ab et quae antea non continebat formam cibi, sed terrae postea incipit continere formam cibi amissa forma terrae. Tum ipsa forma cibi, quae se habet per modum termini formalis ad

ad quem nam totalis et qui, seu qui dici solet id quod est integer
cibus quem forma partialiter componit, quae cum antea non esset in materia terrae
postea incipit esse in illa, et ab ea contineri. 4um virtus productiva formae
cibi, seu illa active constituens in materia terrae, quae virtus se habet per modum
agentis, seu producentis. 5. denique usus ipsius cibi, qui se habet per modum
comestionis, et manducationis.

Ex his sola materia, quae antea continebat formam terrae, et post conversionem continet formam cibi, ac ipsa forma cibi intrinsece constituunt cibum non vero forma terrae, virtus productiva cibi, aut usus illius ut fatentur omnes, et in his forma terrae non constituit intrinsece cibum quia cum fit terminus a quo, destruitur et cibus sit, et quando cibus est iam ipsa non existit, cum in natura debeat existere constitutum intrinsecum quod suum constitutum est. Deinde non constituit intrinsece cibum virtus productiva illius, quia agens non constituit intrinsece effectum, se utrumque praevenit nec denique usus cibi cibum constituit, cum eum iam sit illum supponere constitutum. non enim ideo cibus est, quia manducatur; sed quia ideo manducatur quia est.

Haec facile adaptabimus cibo, et potui spirituali Eucharistiae in cuius conversione seu transubstantione totidem concurrunt. 1um substantia panis, et vini, quae se habet per modum termini a quo recedit Eucharistia, quae sunt 2um species sacramentales, seu accidentia panis et vini, quae se habent per modum tertii communis utrique substantiae nempe substantiis panis, et vini recedentis, et corporis et sanguinis advenientis. transeunt enim accidentia ista de esse cum substantia panis et vini ad non esse cum substantia panis, et vini, sed cum substantia corporis, et sanguinis Domini, et quae antea non continebant corpus et sanguinem sed substantiam panis et vini, nunc corpus et sanguinem continent. non vero substantiam panis et vini. 3um corpus et sanguis Domini, quae se habent per modum termini formalis ad quem (nam totalis, qui vocari solet id quod est integra Eucharistia quam partialiter componunt ipsum corpus et sanguis Domini) et cum haec antea non essent sub accidentibus panis et vini, seu sub speciebus sacramentalibus, nunc denuo inci-

pi

incipiunt esse subiti, et ab eisdem contineri. Tum verba consecrationis quae habent ex virtute productiua Corporis et Sanguinis Dni, seu actiue illa continens sub accidentibus panis et vini. Tum denique usus ipsius Eucharistiae qui habet per modum comestionis et manducationis.

Ex his sola accidentia, quae antea continebant substantiam panis et vini, et nunc continent Corpus et Sanguinem Xpi. ac ipsum Corpus et Sanguis Xpi constituunt intrinsece Eucharistiam potumque spiritualem et cibum, non vero substantia panis et vini, verba consecrationis, aut usus ipsius Eucharistiae, et in his non constituit intrinsece Eucharistiam substantia panis et vini, quia cum sit terminus a quo destruitur ex Eucharistia, et non est quando Eucharistia existit, cum tamen de ratione constitui intrinseci sit esse quando constitutum est. Deinde non constituunt intrinsece verba consecrationis quia cum sint ex virtute productiua Eucharistiae se habent per modum agentis, quod non constituit intrinsece terminum quem producit; nec denique usus Eucharistiae illam intrinsece constituit, cum comestio et potatio spirituales supponant constitutum cibum et potum spiritualem non vero ideo, quia unus manducat et potat alius, sed e converso.

In mea sententia, maiori qua potui claritate proposita illam defendunt DD. relati sect. praecedenti pro 1a sententia et plures non omnes exprimant antea illa, species sacramentales, Corporis et Sanguinis Xpi dicunt intrare in recto constitutionem Eucharistiae. ego opinor omnia intrare, atque ita sentiunt P. Suarez et P. Valencia pro 2a sententia relati, satisque id ipsum indicat P. Vasquez.

An autem species seu accidentia panis et vini se habeant ex parte Corporis ac Sanguinis Xpi ex materia 1a et 2a res est levioris momenti, alii enim affirmant, alii aliud. Crediderim tamen species habere rationem formae (eo modo quo esse potest absque inexistentia et informatione) attenta proportione similitudine et proportione, nam accidentia erant forma verum substantiae panis et vini, et substantia panis et vini se habebant ex materia, cum autem Corpus et Sanguis Xpi succedant loco substantiae panis et vini etiam succedunt loco substi-

aut

aut neq. corp. absq. recept.e in et integra. Sed quia ptiorem aliam
substentatione, modo explicando inferius.

Vellem tamen aduertas, quod quando ad quare constitutio
Eucharistiae per species sacramentales, et Corpus, ac Sanguinem
Christi D. non excludo ab unione inter utramque partem, alias hoc
Sacramentum esset omnino per accidens, si tam in esse physico, quam in esse
morali partes carerent unione, et essent tamquam Corpus dis-
solutum. ast. quia unio non tam est constitutiva, quam attributio non tam intr-
inseca causa, quam intrinseca causalitas non illius, sed constitutivorum men-
tionem feci sicut et fecit Athanasius cum in Symbolo dixit
anima rationalis et Caro est unus homo, non obstante quod absque
unione nequeat esse homo, quamvis anima et Caro sint. Sed
et noto me delinquere circa nomen speciei, et accidentis indiffe-
renter cum de constitutivis Eucharistiae loquar. quia accidentia illa
ipsa panis et vini, quae ante consecrationem non appellantur species
sacramentales post consecrationem species sacramentales sunt. unde dicere species
ante et post consecrationem tenent esse ante sacramentales non nisi
post consecrationem quia vel ab illa, vel ab eo quod intra sacramentum
sint accipiunt denominationem sacramentalium.

Solum superest ut singula quae in nostro discursu af-
firmavimus, aut negavimus seorsim in propositionibus ponemus. affir-
mationes autem, aut negationes reducuntur ad sex. 1a. substantia pa-
nis et vini non pertinere intrinsece ad constitutionem Eucharistiae. 2a.
neque etiam pertinere ad intrinsecam constitutionem verba consecrationis. 3a. species
sacramentales seu accidentia panis et vini intrinsece Eucharistiam constitue-
re. 4a. etiam illam constituere intrinsece Corpus et Sanguinem Christi D.
5a. tam species quam Corpus et Sanguinem Christi intrinsece in recto
constituere Eucharistiam. 6a. usum seu sumptionem non constituere
intrinsece Eucharistiam, sed illam supponere constitutam. et quia ex
his propositionibus 1a. sufficienter constabit cum inferius ostendemus
perfecta consecratione nihil substantiae panis et vini remanere
in Eucharistia. propositiones inchoabimus a 2a. propositione.

Sect. 4 Verba consecrationis nec alti-
um intrinsecum Eucharistiae.

Probatur 1.° transactis verbis consecrationis perseverat Eu-
charistia, ergo hoc non continetur intrinsece per verba consecrationis. patet
sequela quia nihil potest perseverare ultra eo quod perseverat intrin-
secum ultimum illius. Sed non continuum est quod fieri post esse
structum. Probatur ante tum quia in hoc differt Eucharistia a ceteris
Sacramentis, quod Eucharistia sit permanens caeteris autem in
usu et actione consistant atque ideo transeant et esse desi-
nant absoluta applicatione eorum ad suscipientem, ut recte
observavit Illustrissimus Magister in suis Floribus verbo Eu-
charistia num.° 4. Tum etiam quia transactis verbis consecrationis
vere continetur Corpus Domini in Eucharistia, atque non contineretur vere si non
ea si non vere perseveraret, cum nihil possit vere contineri
in eo quod verum non est, tum denique quia id videtur suppo-
nere Trid. Sess. 13. Cap. 6 quando dicit Sacramentum Eucha-
ristiae in Sacrario servari, deferri ad infirmos, quae tamen
non exequeunt si verba sint ultimum intrinsecum Eucha-
ristiae. Siquidem nec verba in Sacrario servari neque ad
infirmos deferri possunt.

Respondetur 1.° cum Suarez durationem Eucharistiae
dici manere transactis verbis non quia maneant omnes suas
partes, sed quia aliquid illius, sicut res successiva dicitur perse-
verare eo quandiu aliquid illius est. ad 2.° quia eo tempore
dici possit Eucharistia esse quo verba inchoantur, sicut eo tempore
dicitur circulus esse dum inchoatur quia in utroque casu aliquid de essentia est
et propterea dicitur tempus esse in instanti quia in illo ali-
quid temporis est. et quod clarius ostendit falsitatem solu-
tionis hoc est ex ea sequi successione esse in instanti siquidem in
eo est aliquid continens successionem.

Prop

Propter hæc resp. 2.o Supposito Eucharistiam manere transactis verbis manere in quantum quoad id quod dicit in recto nempe quoad Corpus et Sanguinem Christi D. quamvis non maneant verba, quæ dicit in obliquo et hoc sufficeret ut absolute dicatur manere: 2.o inde quia etiam dantur in Esse Corporis et Sanguinis Christi D. quæ ratione Eucharistiæ so importantur in recto, et tunc datur in Esse Eucharistia post peracta actu transactis verbis non ideo absolute peribit Eucharistia, sed etiam species sacramentales, quæ absolute hoc ante in obliquo possunt deficere et manere dumtaxat ut rectum non darent esse integrum Eucharistiæ quoniam ut denominationes debent dari quæ afferunt intrinsece vel in obliquo: quibus si dicatur non omnia prædicata postulare præsentiam ad sui veritatem, cum dicamus obiectum esse cognitum, et amatum, quamvis cognitio et amor non sint præsentes, dicatur has esse denominationes extrinsecas intrinsecas autem semper requirere formam esse præsentem rei denominatæ atque ideo verba consecrationis debere esse quoniam Eucharistia est sicut illam intrinsece constituerent

Probatur 2.o totum nequit existere sine suis partibus ut manifestum est: nec non dabitur hoc deficiente forma totama, sed Eucharistia est quoddam totum ergo nequit existere sine suis partibus, nam constat ex partibus, cuius esse verba consecrationis ergo transactis verbis consecrationis non manet Eucharistia aut Eucharistia existit sine suis partibus quod plane repugnat.
Confirmatur bene valet a negatione alicuius partis constitutivæ ad negationem totius: ergo si verba consecrationis sint pars Eucharistiæ, quæ est quoddam totum actuale valebit ad negationem verborum ad negationem Eucharistiæ atqui transactis verbis negatur [illegible]: ergo negandum etiam erit esse Eucharistiam.

Probatur 3.o quod intrinsece non pertinet ad rationem actionis, et potius spiritualis non constituit intrinsece Eucharistiam sed verba consecrationis non pertinent intrinsece ad rationem actionis, aut potius spiritualis: ergo non constituunt intrinsece Eucharistiam. maior patet

q.a conceptus quidditativus eucharistiae est divinum spirituale ci-
bus &c, et potus. minor probatur tum quia verba sunt causa effici-
ens quia, ut constat ex corporalibus non constituit intrinsece potus
aut cibus quorum causa; tum etiam quia sicut cibus et potus
corporales adequate constituunt ex accidentibus et substantia pa-
nis et vini, ita spirituales adequate componunt ex ijsdem accidentibus
et ex substantia, quae succedit loco substantiae panis et vini, suc-
cedit autem substantia corporis et sanguinis Christi d. quod ex hac
et accidentibus non verba ex verbis consecrationis componit intrinsece
divinum spirituale, potus spiritualis, et spiritualis cibus

Probatur 4.o Christus dedit totum et integrum sac-
ramentum suis discipulis et totum ac integrum sumitur a sa-
cerdotibus celebrantibus; sed non totum et integrum dedisset
discipulis nec totum et integrum sumeretur a sacerdotibus ce-
lebrantibus si verba consecrationis essent pars intrinseca illius
ergo non sunt. minor probatur quia qui non sumit totam et integram rem, quia
aliquam partem rei praetermittit, sed tam discipuli quam
sacerdotes celebrantes praetermittunt in sumptione (saltem)
aliquam partem eucharistiae nempe verba consecrationis cum so-
lummodo species sacramentales et Christum d. non autem verba
consecrationis ergo.

Probatur 5.o ex C.C. Conink et Vasquez nihil
potest esse causa efficiens, et formalis intrinseca eiusdem rei constitutiva
sed verba consecrationis sunt causa efficiens eucharistiae ergo nequ-
eunt esse causa formalis intrinseca eiusdem rei constitutiva. consequentia est
manifesta. minor sufficienter colligitur ex decreto Eugenij
4i in concilio Florentino post ultimam sessionem. maiorem isti
si non probant sed supponunt. post autem probari quia causa ef-
ficiens adequate distinguitur a re quam efficit. neque
non saltem causa post etiam partialis. causa autem formalis
intrinseca constitutiva rei non distinguitur adequate a re quam

constituit. ergo non minus implicat aliquid esse causam efficientem et formalem intrinsecam eiusdem rei constitutivam, quam adequate et inadequate distinguam ab eadem re.

Contra alij probant (et forte probationem sumpserunt ex P. Vasquez aliquibus mutatis) Eucharistiam esse signum practicum gratiae sanctificantis; ergo quod non constituit intrinsece in ratione signi practici gratiae sanctificantis non constituit intrinsece Eucharistiam. atqui verba Consecrationis non constituunt intrinsece in ratione signi practici gratiae sanctificantis cum nec illam immediate significent, nec immediate efficiant, sed mediate Corpore et Sanguine Christi D. ergo. Confirmatur si verba constituerent intrinsece Eucharistiam darent illi effectum formalem in ratione signi sed de facto non illi non possunt dare effectum formalem in ratione signi ergo non constituunt intrinsece Eucharistiam. forte aliquis redarguere posset ex impossibili concessionis istud probatum non est et in facie quod voces factae signa et res sint.

Sectio 5.a

Species Sacramentales intrinsece constituere Eucharistiam.

Secunda pars nostri discursus erat species sacramentales panis et vini intrare constitutionem Eucharistiae, et esse illius partem intrinsece constitutivam. probatur 1° quod constituit intrinsece Sacramentum saltem ut pars quod in eo est Sacramentum tantum, ut in penitentia confessio, in Baptismo ablutio etc.; sed Eucharistiae species invisibiles panis et vini sunt Sacramentum tantum, ut docet Innocent. 3 Cap. Cum Marthae de celebrat. Missar. et illa ratione quia signant et non signantur ergo eiusmodi species intrinsece constituunt hoc Sacramentum.

Probatur 2° Sacramentum Eucharistiae pro se

et

essentialiter est signum sensibile gratiae sanctificantis ut habetur ex Trid. sess. 13 c. 3 et ex desc. com. omnib. sacramentis. Sed solum corpus et Sanguis Xpi D. ut condistinguuntur ab speciebus non sunt per se et essentialiter signum sensibile gratiae sanctificantis. ergo Eucharistia claudit species in suo intrinseco, et quidditativo conceptu per quas sit signum per se sensibile gratiae sanctificantis. patet consequentia quia si eas non clauderet nihil haberet per quod esset signum per se sensibile gratiae sanctificantis cum verba consecrationis quae per se sensibilia sunt non claudantur intrinsece ut probatum est, nec corpus Xpi habeat ibi quod per se sentiri possit, sed per se insensibile est et solum sentiri potest per aliud nempe per species. ergo species sacramentales intrinsece et essentialiter clauduntur in conceptu Eucharistiae ut per illas sit per se sensibilis.

Probatur 3.o ex Trid.o sess.e 13 c. 3 et can. 1 in Eucharistia continetur vere et realiter Xpus D. sed non continetur vere et realiter in seipso immo nec contineri potest cum continens debeat distingui a re contenta. ergo Eucharistia aliud intrinsece habet quod non sit Xpus et ratione cuius possit dici continere Xpum D. sed non est aliud nisi verba aut species. ergo cum non sint verba ex ea quae adduximus sect. praecedenti erunt species.

Probatur 4.o id est intrinsecum constitutivum rei quo praecise ablato, et ceteris persistentibus non manet res ut multoties est ostendi, et mihi clarum est, sed praecise ablatis speciebus sacramentalibus et reliquis persistentibus non manet Eucharistia. ergo species sacramentales sunt intrinsecum constitutivum Eucharistiae. minor in qua tota difficultas consistit probatur non solum quia sublatis speciebus non manet signum sensibile gratiae sanctificantis, sed etiam quia Xpus est in caelo et non est in caelo Eucharistia. sed quia ibi deficiunt species quae illam constituunt.

Probatur 5.o cum primum adveniunt species sacramentales corpori et Sanguini Xpi D. primo incipit esse Eucharistia absolute et simpliciter non ante erat antea absolute et simpliciter

ut

vt clarum est: scilicet incipiunt esse absolute et simpliciter Cor-
pus et Sanguis Christi D. vt auctoribus Catholicis evidens est
quia non solum Corpus et Sanguis Christi D. sed etiam species constituunt
intrinsece Eucharistiam per totum; quia si solum Corpus et Sanguis
Christi D. constituerent Eucharistiam, haec non absolute et simpliciter inci-
peret esse, sicut non incipiunt absolute et simpliciter alius alti-
ua, quod ...ter non species sed Corpus et Sanguis Christi D.
Dices Corpus et Sanguinem Christi D. absolute et sim-
pliciter incipere esse sub speciebus, et hoc sufficeret vt absolute
et simpliciter incipiat esse Eucharistia. Contra 2.º quia absolute et simpliciter
inciperet esse sub speciebus non est absolute et simpliciter incipere esse Corpus
et Sanguinem Christi D.; 3.º esse Eucharistiam dicit in recto aliud
esse quam esse Corpus et Sanguinem Christi D. cuius ista absolute et sim-
pliciter non incipiat incipiat 2.º absolute et simpliciter illud
Aliquis forsan probaret 6.º quia id quod in
conversione est commune termino a quo et ad quem constituit intrinsece terminum
totalem ad quem vt communiter est quia alimentum conuertitur
in substantiam aliti, lignum in substantiam ignis; aqua in
aerem et materia nostra quae sunt communes formis corruptis quae sunt termini a
quo et formis productis quae sunt termini ad quem constituunt intrinsece
composita de nouo producta, quae dicunt esse termini totales ad
quos. Idemque cernitur in conversionibus accidentalibus, quia
album conuertitur in nigrum, dulce in amarum, humidum
in siccum; sed in conversione panis et vini in Corpus et Sang-
uinem Christi D. species sacramentales sunt communes termino a quo et ad quem
quia intrinsece constituunt Eucharistiam, quae est terminus totalis ad quem.
Alius iam probaret quia Eucharistia instituta est
per modum convivii spiritualis, et quidem humano sensibilique
modo. Seclusis autem speciebus non manet Eucharistia per modum conui-
uii humano et sensibili modo: quia Eucharistia claudit intrinsece
species in suo conceptu. Maior inde constat, quia omnia Sacram-
enta instituta sint in rebus sensibilibus ad captum nostrum

hu-

humanum aptis. nam omnino insensibilia, et pure spiritualia non hominibus, nec angelis apta, et proportionata sunt. Minorem hanc ratio ostendit, quia Christus sacramentaliter existens, nec tactu, nec cibi, nec potus, nec sensibiliter manducari aut potari potest.

Sect. 6

Corpus et Sanguinem Christi D. etiam pertinere intrinsece ad Eucharistiae constitutionem.

Haec est alia pars nostrae resolutionis, quae 1º. probatur: si per verba consecrationis fit Eucharistia, ut docuerunt Eugenius Pontifex in Concilio Florentino, et tradit D. Ambrosius lib. de iis qui initiantur c. 9, sed per verba consecrationis neque species conficiuntur, nec ~~corpus et sanguis Christi D.~~ Ergo Eucharistia aliquid aliud intrinsece claudit praeter species, nempe Corpus et Sanguinem Christi D. atque ideo est compositum totum ex speciebus, Corpore, ac Sanguine Christi constitutum, quod per verba consecrationis fit et conficitur tanquam ex termino a quo, et materia remota ex pane et vino. Probatur 2º. per conversionem panis et vini in corpus et sanguinem Christi Eucharistia de novo est, seu de novo incipit existere, et non incipiunt de novo habere species sacramentales, aut corpus et sanguis Christi D., cum iam antea essent; ergo Eucharistia non est solum corpus Christi, nec solum species, sed compositum ex corpore et ex speciebus, quod revera incipit esse; atque ideo consequenter intrinsece intrant corpus et sanguis constitutionem, quam species.

Probatur 3º. Eucharistia intrinsece et essentialiter claudit rationem cibi et potus spiritualis, siquidem instituta est per modum convivii spiritualis et refectionis animae, sed corpus et sanguis Christi sunt quae habent rationem cibi et potus spiritualis; ergo corpus et sanguis Christi constituunt essentialiter Eucharistiam, ac proinde

de

de fide est coniunctum seu compositum ex speciebus et corpore et sanguine
Christi D. maior colligitur ex Trid. sess. 13. c. 2. minor tradi-
tur Christus D. Joannis 6. dum vers. 35. dixit Ego sum pa-
nis vitae, et vers. 51. Ego sum panis vivus, et vers. 52
Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum et panis
quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. et vers. 56. Caro
mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus etc.

Probatur 4.º coniuncto ex speciebus et corpore et san-
guine Christi D. convenit definitio legitima cum sit sacramentum, et ex hac
parte signum sensibile corporis et sanguinis Christi D. pro munere cibi-
que spiritualis in specie panis et vini divinitus institutum etc.
et non convenit alteri ex partibus illius quae legitima est illa pars illius
coniuncti, sed convenit ex utraque tota; igitur minor probatur. Species
solae ut a corpore et sanguine Christi condistinctae licet sint quid sensibile
non sunt sacramentum corporis et sanguinis Christi pro munere perfecti cibi
spiritualis. Deinde corpus et sanguis Christi ut condistinguuntur ab
speciebus non sunt signum sensibile pro se, ut supra diximus et oportet
... ut rem amplius explicemus corpus et sanguis Christi cum su-
... et substantia panis et vini dant legitime esse cibum spiritualem
et potum et signum quod sit communionis. accidentia vero dant quod
hic cibus et potus sint sensibiles et signum quod legitime commu-
nionis sit sensibile. quem ambo substantia panis et vini dant
esse communionis, quod autem communionis sensibile sit praestant accidentia
eiusdem panis et vini.

Probatur 5.º P. Suarez ex corpore et speciebus
media unione sacramentali fit aliquomodo unum, quemadmodum
ex accidentibus et substantia panis fit etiam aliquomodo unum,
ergo fit unum sacramentum. probatur consequentia, quia non potest signari al-
iud unum quod fiat nisi legitime sacramentum. et probatur ex ...
ex Cap. Hoc est de consecr. dist. 2. ubi dicitur Sacrificium
ecclesiae duobus modis conficitur, duobus constat visibili elementorum
spe

spue et Sanguine et Corpore Xpi.]

Pbat 2.º Vasquez roe deducta ex ... doctrina; quam toca? Evidente Eucharistia ē Corpus Xpi, aut constat Corpore Xpi, ut ait S. Ignatius hoc Sacramentum ē Eucharistia ē. Eucharistia est Corpus Xpi, aut constat Corpore Xpi. deinde hic loq. sd spiritualis cibus, atq aut ē Corpus Xpi, aut constat Corpore Xpi hoc sacramentum ē n loq. sd spiritualis cibus, atq ergo hoc sacramentum est Corpus Xpi aut constat Corpore Xpi.

Pbat 7.º Cõ. Conine q.ª hoc sacramentum ... est adorandum vero cultu latriæ ut statuit Tridentinum Sess.º 13. C. 5. sd solæ species ut distinctæ a Xpo n debent adorari adorone latriæ etiam si considerentur cum habitudine ad Corpus seu relatione signi ad Xpum; ergo Eucharistia claudit intrinsece et reg. se Xpum. ... minor probatur ex 7.ª Synodo; quæ semel ac sæpius docet neq imagines, neq Crucem Xpi neq ullam rem a Deo distinctam, sed solum ipsum Deum posse adorari adoratione latriæ.

Quod si ais reapse species sacratas continentes Xpum posse adorari adorone latriæ, et ipsum ratione se nequeant sic adorari, et negare consequenter probari quod Xpus contineat sub speciebus, n quod constituat intrinsece Eucharistiam. instatur ex eo quod Xpus contineat sub speciebus, solum sequi quod Xpus sub illis constitutus possit adorari adoratione latriæ, n vero quod adorari possint species; sicut ex eo quod sit in domo n sequitur quod possit adorari ea adoratione domus.

Pbat 7.º ex patribus na 1.º S. Ambr. lib. 4. de Sacram. c. 4. ... Cap.º ... de ... loquitur: in hoc sacramento Xpus est q.ª Corpus Xpi est ... spiritualis alimonia q.ª Corpus Xpi spirituale est ... ratio de pane fit Corpus Xpi. et Cap. 5. rursus ait antequam consecretur panis panis est ubi verba Xpi accesserint Corpus ē Xpi. Secundo Tertullianus lib. de resur.º Carnis nº 8. hic

caro

Caro Corpore et Sanguine Xpi vescitur, et anima saginatur. 3. Theodorus Dialogo 3. contra inquit Eucharistias et oblationes non admittunt quod non confiteantur Eucharistiam Carnem esse Salvatoris nostri Jesu Xpi 4.° S. Greg. relatus Cap. multis - 1 sic ait: Voluimus panem hoc est Corpus Xpi quod sordidi audivimus ad altare 5.° denique S. Irenaeus lib. 4 adversus haereses Cap. 34 hyc tradit: qui est a terra panis percipiens invocationem Dei iam non communis panis est sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena et caelesti. Et quae ad Eucharisticam est S. Thomas in 4. dist. 8. q. 1 art. 1.° dicens: Ex speciebus et Corpore Xpi fit hoc Sacramentum.

Sect. 7
Tam species, quam Corpus et Sanguinem Xpi importari in recto.

Ostendimus species sacramentales, ac etiam Corpus et Sanguinem Xpi constituere intrinsece Eucharistiam; non tamen probavimus utrasque intrare constitutionem in recto, quo notandum non esse idem importari intrinsece et importari in recto: sicut neque est idem idem importari in obliquo et importari extrinsece. multa enim importantur intrinsece et in obliquo ut in his concretis Albo videns, Albedo et visio importantur quidem intrinsece cum sint partes constituentes, sed non in recto quia nequeunt praedicari in nominandi casu de quo praedicatur concretum. multa etiam importantur in obliquo, et non extrinsece ut in praedictis concretis etiam patet. videns enim importat visionem in obliquo, at non extrinsece, sicut importat obiectum, quia per constitutionem constitutiva non per obiectum, quamvis illud aequaliter connotet in obliquo.

Hoc praemisso probandum nobis modo est, tam species quam Corpus et Sanguinem Xpi pertinere in recto ad Eucharistiae constitutionem et probatur primo sic: id afferri in recto ab aliquo toto seu composito quod post de illo cum veritate affirmari in nominandi casu quia

qui ē rectus) x.a sequendum in mā de Trinit.e Sed tam spes
Sacratas, quam Corpus et Sanguis Xpi D. possi cum veritate af
firmari de Eucharistia in nominandi casu: et tam spes Sacra
mentales quam Corpus et Sanguis Xpi D. afferuntur in recto
ab Eucharistia. Solo minor eget pbatione. pbatur sic: tam spes ē Eu
charistia est spes Sacramentales, Corpus et Sanguis Xpi D.
datur n. identitas recti prati cum recto subti. Cum ō n. eet vera
[illegible] quis sō afferret in recto alteram partem ex parte subti
[illegible] ex sequenti parebit, et amplius ex dicendis cōstabit

Secundo Eucharistia venit in recto ēē signum nutri
tij spiritualis et rursus ēē nutritium spirituale. Ideē signum
nutritij spiritualis dicet + spes Sacramentales et ēē nutritium dicet
+ Corpus et Sanguinem Xpi D. q.o Eucharistia venit in recto, tam
spes Sacramentales, quam Corpus et Sanguis Xpi D. maior sub
adebatur quoad priorem partem, tum ex Trid.o Sess.e 13 c. 3: tum
q.a de roe cuiuslibet Sacramenti est ēē signum ē. mi sue insti
tutionis, nam Baptismus q.a institutus ē p modum ablutionis
signum ē ablutionis spiritualis aiae, et Poenit.a quae institu
est p modum iudicij signat iudicium spirituale aiae et sic de re
liquis. q.o Eucharistia, quae instituta est p modum nutritij erit sig
num nutritij spiritualis aiae. Tam quoad posteriorem partem
eadem maior pbatur, tum q.a id indicat Tridentinum Sess.e
13. cap. 2 et Patres passim appellant hoc sacramentum re
fectionem spiritualem aiae et eiusdem spirituale nutrimentum
tum etiam q.a in hoc differt Eucharistia a reliquis Sacramentis
quod illa sunt signa, sed n. res signata, Eucharistia vero ē n. sō
signum, sed res signata + signum q.a n. sō ē signum nutritij, sed
etiam ipsum nutritium

Restat pbemus minorem, quae duas partes
continet, et quidem 2.a in qua dicebatur Corpus et Sanguinem
Xpi D. ēē ipsum nutritium spirituale facile ostenditur post ex
verbis Xpi D. afferentis Ioannis 6 Suum Corpus ēē cibum et
San

Sanguinem suum ee potum. Caro, inquit, mea vere e cibus
et Sanguis meus vere e potus. prior 2º in qua apparebat
species et signum triticei divinij. probat 9. Eucharistia nihil intr-
inseci continet tanquam partem nisi species, corpus ac sanguinem Xpi D. N. superius dicta, et inferius dicenda, sed
n. potest ee signum divinij pro corpore et sanguine quod sunt
ipsius divinum idem est signum sui ipsius quod impo-
ssibile est. ergo hic ee signum divinij pro species
Probat 3º. de nulla parte intrinseca constituente
eucharistia posset cum veritate absolute predicari quod sit eucharistia. ergo nulla est totum rectum eucharistiae, sed oes simul. patet cons. quia si
aliqua esset totum rectum de illa posset cum veritate absolute predicari
quod sit eucharistia, cum ad verum et absolutam predicationem sufficiat
identitas totius recti predicati cum recto subiecti. neg. n. aliunde absolute et simpliciter est verum hoc. Petrus e albus
nisi quia cum Petro qui e rectum subiecti identificat totum rectum
predicati, nempe ttens, quamvis ipsa albedo habitari
identificet, quia cum afferat in obliquo n. affirmat illius identitas neque curat ans. 2º. probat quia nunquam posset absolute dici
quod species sint eucharistia, cum species sint sacramentum, species vero n.
sint divinum sed signum divinij. neque item de corpore et sanguine Xpi posset dici quod sint eucharistia, quia eucharistia e signum divinij pro spirituali, corpus autem et sanguis Xpi n. sit
signum pro de se et ipso divinij spiritualis sed ipsum divinum. pro de sensibile
Probat 4º. D. Bellarminus, quia quod e potus
et spiritualis cibus e proprie istud sacramentum sed utrumque
simul nempe species et sanguis, ac corpus Xpi e potus et
spiritualis cibus. ergo utrumque simul ipsa intelligit in recto e proprie istud sacramentum. ergo eucharistia sacramentum
importat utrumque in recto. confirmat 2º ex S. Ireneo, et 2º
ex S. Aug.
Probant alij S. quia in entibus artificialibus oes

par

partes integrantes important in recto. Deinde non omnes partes quae constant signant in recto, et in aliis Sacramentis ab Eucharistia idem contingit. ergo contingere etiam idem in Eucharistia cum illa partificatione et diminutissime sit et infinitus excedat opera artefacta

Sect. 8. Usus seu Sumptione Eucharistiae non pertinere intrinsece ad ipsam Eucharistiam.

Probatur 1°. Sacramentum Eucharistiae est cibus spiritualis animae, et ejusdem cibi spiritualis signum per se sensibile: sed ante usum et sumptionem Eucharistiae est cibus spiritualis, et illius signum per se sensibile ergo ante usum et sumptionem est Sacramentum Eucharistiae maior et minor ex dictis constant, Cons. etiam patet quia si ante usum constitua, consequens est dici etiam constitutum. Confirmatur quia sumptio in hoc Sacramento, se habet sicut manducatio in corporali alio sed manducatio non pertinet intrinsece ad constitutionem corporalis cibi, neque ab eo includitur, sed supponit illum; ergo neque sumptio hujus Sacramenti pertinet intrinsece ad illud, neque ab eo includit sed supponit illud.

Probatur 2°. Si sumptio et manducatio intrinsece constituerent Sacramentum Eucharistiae non solus Sacerdos illud conficeret, sed ad conficiendum illud concurrerent Laici cum iste non minus pertineat ad intrinsecam constitutionem Eucharistiae manducatio quam ponit Laicus, quam consecratio, quam ponit Sacerdos unde ulterius sequitur utrumque Laicum scilicet et Clericum esse Eucharistiae ministrum et quidem legitimum quod dici nequit. Sequitur 3°. Probatur quia ideo Sacerdos dicitur minister Eucharistiae quia conficit aliquid vel confert intrinsece ad illam pertinens, vel efficiat totam Eucharistiam, aut totum conferat quo Eucharistia constat

Probat; atqui Laicus etiam efficit aut confert aliquid ad Eucharistiam intrinsece pertinens, videlicet Sumptionem, licet non efficiat totam Eucharistiam aut totum conferat, quod solo Eucharistia constat e utroque nempe Laico et Sacerdote, tanquam ministro huius Sacramenti.

Probatur 3.º illud est Sacramentum Eucharistiae, quod sub specie panis et vini Christus suis discipulis dedit; sed quod Christus dedit sub specie panis, et vini suis discipulis, praecessit usum; ergo Sacramentum Eucharistiae praecessit usum, quod est non constitui per usum, cum impossibile sit rem constitui per aliquid quod supponit rem constitutam. Confirmatur per consecrationem fit Sacramentum Eucharistiae, sed consecratio perfecta est ante usum, imo etiam consecratione facta; ergo et Sacramentum Eucharistiae.

Probatur 4.º auctoritate Patris Valentiae quod ad refectionem spiritualem sub specie panis et vini sumitur omni eo tempore est Sacramentum Eucharistiae, quia est Corpus Christi Domini; sed est Corpus Christi Domini quamdiu manet, et est quid permanens; ergo extra actionem sumptionis et manducationis est Eucharistiae Sacramentum; maior probatur ex verbis Christi Math. 26. Accipite et manducate hoc est Corpus meum; nam cum sit et Sacramentum Eucharistiae datum a Domino ad manducandum in caena in qua suum Corpus et Sanguinem dedit, et nunc etiam dat per suos ministros petitam substare debet eadem, ut tunc fuit et nunc est Corpus et Sanguis Christi esse Eucharistiae Sacramentum. Minor etiam probatur ex illis verbis Hoc est Corpus meum, nam quamdiu manet illud quod Dominus per pronomen Hoc demonstrabit et deinceps affirmabit esse Corpus suum, tamdiu manet verum hoc quod affirmavit Dominus. Omnino dixerit restricte hoc est Corpus meum quamdiu haec quaenam actio seu manducatio durat [sed absolute et permanenter (ea vim verbi est) affirmavit esse Corpus suum id quod habebat in manibus, quamdiu perduraret.

Probatur 5.º Si sumptio esset pars intrinseca Eucharistiae, et actionem intrinsecam illius, nullus sumeret aut

re

5. 2.

recipere Eucharistiam. quo quid absurdius? Sequella proba[tur]
q[uia] nullus sumit aut recipit sumptionem ipsam, cum sumptio
distinguatur ab eo quod sumitur, sed qui non recipit sumpti
onem non sumit aut recipit o[mni]a activa Eucharistiae, ergo nullus
sumit aut recipit Eucharistiam, cum impossibile sit ab eo recipi
rem qui non recipit o[mni]a activa rei &c.

Probatur 6.o q[uia] si sumptio est de conceptu intrinseco
Eucharistiae multa quae concilia tradunt praesertim Tridentinum
de Eucharistia verificari non possunt, et in his Tridentinum sess.
13 c. 1. dicit in Eucharistiae Sacramento post panis et vini con
secrationem D[omi]num n[ost]rum Jesum Christum vere realiter et substantialiter conti
neri. 2.o Cap. 5. ait pie et religiose inductum fuisse ut
singulis annis peculiarem hoc, et venerabile Sacramentum in
processionibus veherent, et honorifice per vias et loca publica
circumferrent. Tertio dicit cap. 4. et antiquam consuetudinem
(manavit n. a concilio Niceno) servandi Eucharistiam in sacra
rio, ut deferatur ad infirmos, et diligenter in Ecclesia hunc
morem servari, sed tunc esset falsum: nam post panis et
vini consecrationem non est Eucharistiae Sacramentum donec accedat usus
in Sacramento autem quod non est contineri non potest vere realiter et
substantialiter Corpus Domini. 2um etiam esset falsum, nam cum processio
nes fiant ante usum, et ante illum non sit Sacramentum, hoc in
processionibus deferri non posset cum non deferatur usus, qui nondum
est. denique esset falsum 3um q[uia] nec in Sacrario servaret
neque ad infirmos deferret Sacramentum, cum ante usum non sit
Sacramentum, quod servari possit, nec quod possit deferri; ergo
ut vera sint quae Tridentinum docet fateri oportet extra
sumptionem, et usum dari integrum Eucharistiae Sacramentum atque
sic credendum, et tenendum definivit Tridentinum citatum
Can. 4 et perpetua Ecclesiae traditio patrumque consensus ita
observarunt.

Sect. [illegible]

Argumenta, quæ probant verba sacerdotis non esse intrinsece ad Eucharistiam solvuntur.

Cum ipsum ordinem servaturimus in adversariorum obiectionibus dissolvendis quem in propositionibus nostri discursus probandis hactenus observavimus, ut omnia ponantur et singula singulis perspicue reant. Unde cum 1.a propositio de fratri exclusit a constitutione intrinseca verba sacerdotis prius argumenta obijciemus, quibus hanc partem impugnare et enervare conantur.

Primum est, quia Concilium Florent. in decreto Eugenij dixit omnia Sacramenta perfici materia, forma, formam autem Eucharistiæ esse verba Salvatoris, idest verba quibus Salvator consecravit: ergo verba sacerdotis intrinsece constituunt Eucharistiam pro tota. Itemque forma intrinsece constituit rem cuius est forma siquidem causat sui exhibitione et informatione, tum præterea quia si aliunde quam ex verbis completa et perfecta est Eucharistia, ergo non perficitur verbis contra statutum a Concilio in decreto Eugenij.

Resp. 1.o hoc argumentum eadem vi probare panem et vinum intrinsece constituere Eucharistiam. Nam idem Concilium in decreto Eugenij dixit omnia Sacramenta perfici materia, et forma et materiam Eucharistiæ esse panem et vinum, ergo panis et vinum intrinsece constituunt Eucharistiam pro tota. Itemque materia intrinsece constituit rem cuius est materia siquidem causat sui exhibitione, tum præterea quia si aliunde quam ex pane et vino completa et perfecta est Eucharistia, ergo non perficitur materia et verbis contra statutum a Concilio in decreto Eugenij.

Resp. 2.o Concilium non dixisse omnia Sacramenta constitui, componi verbis sed perfici, perficere autem non [illegible]

rio

nario dicit c-stione intrinsecam, sed aliquando actualitatem quanoc la dicit efficere effectum causalitatis ex efficacia operis. Unde dictum non urget. Credimus non abstraxisse ab intrinseca c-stitutione, atque ideo nego antecedens. Contra, ad probationem dico non esse formam intrinsecam, comparatam in cognitione rerum obiecti; sed duntaxat a vere verborum sensu informantis, aut dicere in subiecto recepto, quod terminis explicant dico. 2º dictum loqui de Sacramentis non in facto, sed in fieri, et indicant verba efficienter aut sacramentorum, fatemur verba esse partem intrinsecam, sicut diximus de causalitate rerum c-positarum in fieri, cum eis non rerum facti, de quibus in praesenti loquimur et supra notavimus. Tertio adverto discrimen luctis ad reliquum Sacramentis quod reliqua cum transeuntia sint, et consistant in fieri, semper illis intrinseca erunt verba. Lucta autem cum aliquando sit in fieri aliquando in facto verba erunt illi intrinseca quatenus in fieri non quatenus in facto.

Secundum est, quamvis forma decrescentis non perseveret physice postquam transeunt verba non labuntur, et transeunt, perseverant moraliter, quod sufficit et videre est in ceteris Sacramentis, quibus existunt, quamvis ultima syllaba forma duntaxat physice existit, esto tota applicatio perseverat et in deseque matrimonii qui sufficit ad Sacramentum matrimonii quo minimum perseverat, quia etiam post multos menses moraliter perseverat. Ratio autem est quia omnia Sacramenta sunt composita moralia, atque ideo non requirunt partes physice existentes, sed existentes moraliter.

Retorquetur 1º retorquendo argumentum, nam eodem modo probari posset species sacramentales postquam destructae sunt posse constituere lucta, quia licet non sint physice existunt moraliter, quod sufficit ad constituendum Sacramentum quod est compositum morale. Retorquetur 2º. Sicut contingit in aliis Sacra-

amentis sua posset durare moraliter, sicut perdurat consensus matrimonii, qui post manere dicitur esse habituale: ratione cuius dicitur homo adhuc velle (aut sicuti loqui quod ultima syllaba duntaxat existit) sua verba voluntatis postquam ablata est physice per irritationem manet habitualis, tamquam diceret Sacerdos illa adhuc, ferre et per illa loqui, et durare sicut dicitur velle, qui consensit in matrimonio et non retractavit consensum.

Tandem vero negando ad dubia sufficere existentiam moralem verborum consecrationis, dato quod finita plane moraliter existant quia dum Eucharistia non solum existat moraliter, sed etiam physice in Sacrario physice manducetur, ad aeris infirmos physice deferatur, requirunt partes physice existere quae destituantur, nec satis esse credimus quod existant moraliter: nec adhuc sensu dicimus Sacramenta composita moralia, quod constent partibus quarum aliquae existant tantum moraliter, vel saltem non exigant quod existant physice sed quod constant partibus quae licet existant physice, non tamen simul physice et materialiter reciperentur, et sua species in ... earum unio physice talis est, sed in prudentum existimatione tantum, obquandam proportionem et similitudinem ad physice composita.

Contra: Eucharistia est signum densitatis gratiae et nutritionis spiritualis, sed hoc habetur per species sacramentales, neque per Corpus et Sanguinem Christi Domini sed per formam consecrationis vel verba consecrationis intrinsece constituunt Eucharistiam, cum id etiam intrinsece constituant, quod constituit illam in ratione signi gratiae, et nutritionis spiritualis. Minor probatur quia ... videamus hostiam consecratam non deveniemus in cognitionem gratiae et nutritionis spiritualis nisi sciamus super illam fuisse prolata verba consecrationis: ergo indicium clarum est species sacrales

Corpus et sanguine Christi D. cohaeret est signum independens a verbis, sed est ipsa verba

Resp. negando quod Eucharistia habeat est signum gratiae et nutrimenti spiritualis, formaliter per verba consecrationis, nam licet illa habeat, sed per significationem quam Christus voluit dependentem a verbis et ex supponente vitis (?) significationi corporis: ergo quandoquidem ipsis verbis Deus confert vim consecrandi dependenter ab intentione legitimi ministri et tamen intentio est vis consecrandi solo ordine ordo requisita; quod si vera hostia consecrata non venimus in cognitionem gratiae, ignorata verborum prolatione et consecratione, ideo ergo non cognoscimus significationem quam Christus instituit habere hostiam consecratam tanquam a verbis. Si non illam cognosceremus, utique in cognitione gratiae et nutrimenti spiritualis veniremus etsi verba ipsa ignoraremus.

4. Verba consecrationis sunt signum sensibile gratiae sanctificantis nos; ergo est Sacramentum, vel saltem pars intrinseca Sacramenti constituta alterius quam Eucharistiae constituunt intrinsece Eucharistiam. Resp. distinguendo antecedens. Sunt signum sensibile gratiae sanctificantis nos per applicationem Mortis, negando antecedens (et hoc opus erat ut esset Sacramentum, vel pars Sacramenti intrinseca) non per Mortis applicationem, sed per applicationem terminis quae ducunt, vel quae post Mortis significationem regulatur concedo antecedens. (et hoc non sufficit) unde tantum adest quaedam verborum consecratio et non ipsa verba sunt Sacramentum Eucharistiae.

Quintum. quod est causa non modo rei Sacramenti tantum, sed rei sive et Sacramenti est verum Sacramentum, sed verba consecrationis non modo causant gratiam quae est res Sacramenti tantum, sed Corpus et Sanguinem Christi D. quae sunt res sive et Sacramentum in Eucharistia: ergo verba consecrationis sunt Sacramentum Eucharistiae, vel saltem illa constituunt pars. Resp. negando maiorem, nam pro eo per quod est Sacramentum aliquod ministerium quod est causa rei et Sacramenti esse Sacramentum requiritur ipsum quod sit causa formalis signi applicandi recipienti Sacramentum, quod non convenit verbis consecrationis siquidem pani et vino

sino applicant, ni coicanti &c. manifestum est.

Sect. 20

Argta quae pbant Spes Sacrales ni ptinere intrinsece ad Eucharistiam refellunt.

Tertia pars nra qua fuit spes sacrales ptinere intrinsece Eucharistiam nunc adversa illa 1.º obijciunt Adversarij Corpus Xpi D. (idem e de sanguine) e signum sensile gratiae refectionis spiritualis: ergo e Sacramentum Eucharistiae: atque ideo spes ni intrant constitutionem illius. ans. pbr. 9.ª Vel corpus ni habet p se ee signum sensile habet extrinsece ab speciebus sicut obiectum habet extrinsece ab cognitione quod sit cognitum. & hoc sufficit ad ratione Sacramenti. Resp. distinguendo ans. habet p se et quidditative ee signum sensile quod nego ans. p accidens et extrinsece concedo ans. et nego cons. 9.ª Sacramenta ni extrinsece sed quidditative habent ee signum sensile; unde id quod solo p accidens e sensibile nequit ee Sacramentum: atque ideo vltra Corpus et Sanguinem Xpi D. requirunt spes p se sensiles.

Obijciunt 2.º instando solutionem p cedentem Corpus et sanguis Xpi D. sunt maior pars intrinseca essentialis Eucharistiae et tamen ni sunt p se et quidditative signum sensile sed extrinsece p spes ergo poterunt ee integrum Sacramentum quamvis ni sint intrinsece signum sensile sed extrinsece p spes: eadem n. videt ee ratio totius et partis. Resp. negando cons. quia de ratione Sacramenti Eucharistiae idem est de alijs solo est quod sit quidditative signum sensile, quod habere post ratione unius partis, quamvis ni omnes sint p se et quidditative sensiles sicut homo e quidditative corporeus quamvis ni omnes partes sint corpus, aut corporeae; atque ideo salvatur quidditas Sacramenti cum una salten parte quidditative sensili ni autem salvaret si omnes essent p se insensiles, vel si nulla esset p

se

sensibilis: qualiter eveniret si spes non continerent intrinsece lucidam; sed Corpus et Sanguis Christi adequate illa continent; ergo hec adequate non illam continent.

Obijciunt 3. Sacramentum Eucharistie est id quod nutrit animam; nam est potius et cibus spiritualis; sed solum Corpus et Sanguis Christi D. et non spes sacramentales nutriunt animam; ergo solum Corpus et Sanguis Christi D. est sacramentum Eucharistie non vero spes: minor probatur ex naturalibus: in quibus sola substantia nutrit conviventes non vero accidentia: ergo in supernaturalibus substantia Corporis et Sanguinis Christi nutrit non spes sacramentales quae sunt accidentia.

Respondeo concessa maiori negando minorem ergo spes partialiter nutriunt animam quia partialiter efficiunt et causant gratiam quae est nutrimentum spirituale: nec probatio ex naturalibus valet ratione materiae quia cum nutritio naturalis fiat per conversionem alimenti in aliud ~~vivens~~ * extrinsecus corpus fit intrinsece ex substantia alimenti ~~et~~ substantia aliti, quod est nutriri, ex accidentibus autem nequit ~~nutriri~~ intrinsece fieri substantia aliti; atque ideo hoc nequit ex accidentibus corporalis nutriri. Nutritio vero spiritualis non fit per conversionem cibi in substantiam aliti sed productione gratiae quae est vita spiritualis animae quae vita cum causari optime possit supernaturaliter ab accidentibus actua nutritione possunt supernaturaliter actu spirituali animae: imo in hoc servatur quaedam proportio cum agentibus naturalibus, nam ut substantia naturalis sed cum accidentibus producit immediate substantiam ita substantia Corporis Christi cum speciebus producit nutrimentum spirituale animae vel gratiam.

Obijciunt 4 accidentia panis et vini non habent vim productivam gratiae (quia cum haec sit supernaturalis, et illa naturalia non causarent proportione requisita et debita) sed solum Christus D. ergo solum Christus D. est hoc sacramentum et non spes: probatur consequentia: quia id solum est sacramentum quod habet vim productivam gratiae

Respondeo dupliciter: 1. negando antecedens quia ut accidentia

ex

ex se, et physice non habeant virtutem productivam gratiae naturaliter, habent ex institutione Christi Domini supernaliter illam producere (nunc non disputo an sint productiva physice vel tantum moraliter) unde S. Cyprianus sermone de cena Domini: Cibus hic verus et syncerus per species et sacramentum nos nos tacta sanctificat, ad quod ideo negatur consequentia.

Respondeo 2.° omisso ante negando consequentiam: ad probationem dico non solum Christum sed rationem illius habere virtutem productivam etiam gratiae, quam gratiam coniunctim ex accidentibus et ex Christo Domino. Ad probationem ideo hoc coniunctum est sacramentum, non si vel scilicet id solum esse sacramentum cuius ratione illius habeat virtutem productivam gratiae, negandum est assumptum, quia non est de ratione sacramenti habere virtutem productivam gratiae omnes partes quae constat, nam sufficit non solum habeat esse productivum gratiae sed esse signum per se sensibile, quod satis quia ab una parte habet signum et aliud ab alia. Ab accidentibus quod habeat signum per se sensibile, a Christo Domino quod sit productivum gratiae et ab utroque sit quod sit Eucharistiae sacramentum.

Obijciunt 5. sacramentum Eucharistiae debet adorari adoratione latriae; sed solus Christus, et non species quae quid creatum sint, possunt adorari adoratione latriae, ergo solus Christus est sacramentum Eucharistiae. Respondeo quod licet species seorsim a Christo Domino nequeant adorari adoratione latriae, potest nihilominus coniunctum ex speciebus et Christo Domino adorari, quod coniunctum nos appellamus Eucharistiam, quae claudit et habet in se obiectum et terminum adorationis.

Obijciunt 6. in Sacrificio incruento solus Christus est hostia non minus quam in cruento, ergo et solus Christus erit sacramentum Eucharistiae. Respondeo omisso ante quod multa

multa e laude obijcienda in materia de Sacrificio
missae) et dato quod hostia sit consistat in re
oblata et non in actione aut modo speciali obla-
tionis, nego Cons. quia Sacramentum [illegible] solum est
res oblata sed signum et res simul quae
in Eucharistia diximus esse species.

Obijciunt septimo: id non est Sacramentum
in quo reperitur effectus Sacramenti ut
patet in Baptismo: sed in speciebus
reperitur effectus Sacramenti Eucharistiae
semper Christus Dominus: ergo species non sunt Sa-
cramentum. Confirmatur Sacramenta
cum sunt causant gratiam ut in aliis et
ab Eucharistia constat. Species autem
cum sunt non causant gratiam: ergo non
sunt Sacramentum Eucharistiae.

Respondetur hoc solum probare quod
species non sint completum Sacramentum non
vero quod non sint pars. Nec probatur est omnia Sa-
cramenta tum conferre gratiam cum sunt, sed
cum applicantur disposito, reliqua autem
applicantur cum sunt, quia cum consi-
stunt in fieri non sunt nisi in ipsa applicatione
Eucharistia vero quia consistit in facto etiam
extra applicationem est et esse potest
quin causet gratiam cum est.

Obijciunt 8 varias locutiones Sanc-
torum Patrum absolute asserentium Eucharistiam
esse Corpus et Sanguinem Christi Domini
quod

quod dici n. potest, si clauderet sl. species. Aliàs de toto diceret quod sit pars non secus ac si de homine diceres quod est anima. Respondet Patres acceperunt Sacramentum in complexo adeo ideo loquuntur in sensu formalis includendo etiam accidentia quæ includeretur non secus ac si diceres Hominem esse corpus, i. corporeum.

Sect. LL

Argta. quæ suadent Corpus et Sanguinem Xpi D. n. ptinere intrinsece ad Eucharistiam

Obijciunt 1.° id est Eucharistia Sacramentum in quo Xpus continetur, sed Xpus continetur in speciebus et non in seipso; ergo species et non ipse est Sacramentum Eucharistiæ. Maior colligitur ex Concilio Tridentino et patrum; minor negari non potest, ergo patet. Respondetur distinguendo maiorem: id est Eucharistia Sacramentum in quo tamquam pars in toto Xpus continetur, concedo maiorem; in quo tamquam in puro signo vel alio quam pars in toto, nego maiorem; eodem pacto distinguo minorem: Xpus continetur in speciebus tamquam pars in toto, nego minorem; tamquam in signo, aut non tamquam pars in toto, concedo minorem, et nego consequentiam. quia cum Xpus non sit pars specierum, sed coniuncti ex ipso et illis, nilleque sed coniunctum est Sacramentum Eucharistiæ.

Obijciunt 2.° illud non est pars Sacramenti quod neque est forma neque materia Sacramenti; sed Corpus et Sanguis Xpi Dni neque sunt forma neque materia Eucharistiæ Sacramenti; ergo Corpus et Sanguis Xpi D. n. sunt pars illius. maior patet quia Sacramentum constituitur ex materia et forma. minor probatur quia materia Eucharistiæ sunt panis et

et vinum aut alia quæ panem et vinum repræsentant, frangi, subs
tantia accidentis. Ratio: forma consecrationis est extrinseca Eucharistiæ; panis
et vinum materia remota, quæ ad illius positionem destruuntur, ac
ideo nequeunt Eucharistiam intrinsece constituere: at 2.º Corpus et
Sanguis Christi se habent per modum materiæ intrinsecæ quæ succedit
pani et vino, et manet dum Eucharistia est.

Obijciunt 3.º Sacramentum tantum in Eucharistia solum
est tantum species SS. Sacramenti Eucharistiæ: patet ex Concilio Triden
tino et Regulis Canonum: quod probatur ex Innocentio 3. cap. cum Marthæ
celebratione missarum, ubi dicit species visibiles in Eucharistia esse Sacramentum
tantum, Corpus vero et Sanguinem Christi esse rem et sacramentum; in eo ipso
equivoce nisi in superioritate... in anti... Sacramentum
restricte non restringitur... tantum, nisi in contrario ubi ...
non restringitur... sacramentum... alia quæ non sint species ab illo non
deducuntur ... quod signat in Eucharistia et non signatur... Sacri tantum) SS. Species. Genuinus vero sensus est species SS. Sacramenti Eucharistiæ in illo
aspectu esse Sacramentum Eucharistiæ] qui diversimode, nec inde infero ex 1.º quod valeo ant
dicto nego Conseq.m

Obijciunt 4.º Corpus et Sanguis Christi sunt res et Sacramentum; sed aliquid est res et sacramentum
non est pars intrinseca Sacramenti: ergo Corpus et Sanguis Christi non sunt pars intrinseca huius Sacramenti. ma
tradita ab Innocentio 3. ... minor probatur aliorum Sacramentorum inductione, nam in Baptismo
et ordine Caracter est res et sacramentum, et non autem est pars intrinseca illorum, ideo ipso... ut
minorem ea generaliter accepta: nam per... quæ in ... non probatur ... et sacramentum
sacramentum est, et non pars intrinseca... in Eucharistia ostendimus ex conceptu ...
spiritualis ... Corpus et Sanguis ... res et sacramentum est ...
... in ... Sacramentis, unde patet ad probationem.

Obijci. 5.º Eucharistia est signum per se sensibile ... ergo quod non participat ratio
nem per se sensibilis non participat rationem Sacri Eucharistiæ, nec est pars illius: atqui Corpus et Sanguis
participant rationem signi per se sensibilis cum ... sunt sensibilia per accidens ratione specierum, ergo.
distinguo antecedens clarum quod est signum per se sensibile ratione ... partium quæ intrinsece ...
... ratione alicuius saltem concedo antecedens ... distinguo etiam ... consequens ergo non participat rationem ...
Sacri concedo consequens ... nego consequens unde licet Corpus et Sanguis Christi non participent ratio
nem signi per se sensibilis non inferetur quod non sint pars intrinseca Eucharistiæ, sed solo quod non
sint integrum Sacramentum Eucharistiæ.

+ ergo Corpus et Sanguis Christi ... non participat rationem Sacri Eucharistiæ, nec est pars intrinseca illius, sed totaliter constituit Eucharistiam in speciebus

Seu

Sect. 22 Arguta probantia spes Sacrales, corpus et Sanguine Xpi D. non pertinere in recto ad Eucharistiam.

Obijciunt 2.° Adversarij argum. desumptum ex authoritate Patrum, nam hi nunc Eucharistiam statuunt in recto, dicendo illam de corpore Xpi, nunc corpus Xpi de Eucharistia; quod falso fieret, si Eucharistia ultra corpus Xpi importaret in recto species sacrales. q.° so importat in recto corpus Xpi cum ad veram praedicationem requiratur identitas inter rectum subiecti et praedicati rectum et non detur identitas, sed distinctio inter species et corpus Xpi. probatur C. Lugo in eo quod Ecclesiae Patres nunc Eucharistiam praedicent de corpore Xpi, nunc e contra. nam 1.° Amb. lib. de ijs qui initiantur cap. ait Sacramentum quod accipis Xpi sermone conficitur et in illo sacramento Xpus est quia Xpi corpus est] deinde S. Iustinus apologia 2.a dixit Hoc alimentum, quod nos vocat Eucharistia] quod postea dicit esse Carne et Sanguine incarnati Iesu 3.° S. Greg.us relatus Cap. multi. 2. q. 1 Dicitur pollutimus panem hoc est corpus Xpi quando sordidi accedimus ad altare] 4.° S. Ignatius ad Smirnenses sic loquitur Eucharistias et oblationes non admittunt quod non confiteantur Eucharistiam Carnem esse Salvatoris nostri ac tandem illa verba Xpi Panis quem ego dabo Caro mea est.] et versus illa Caro mea vere est cibus et Sanguis meus etc.a] idem confirmant

~~idem confirmant~~ Respondeo post hos Patres loqui de illa praedicatione speciali et differentiali ex parte principio huius Sacramenti: atque ideo non praedicatione adaequata, sed inadaequata ita ut affirmando Eucharistiam esse corpus

aut Carnem Xpi non negent, esse signum sensibile ejusdem
Carnis aut Corporis, et vere non negant; et quando asserunt
Corpus aut Carnem esse in Eucharistia, non intelligant Corpus aut Car-
nem in sensibili acceptam, sed sensibilem, hoc est enarratam
signo per se sensibili: quia eo tendebant suis locutionibus
ut ostenderent vere esse Corpus et Carnem Xpi in Eucharistia
et hanc intrinsece constitui Corpore et Carne Xpi D. adf.
ideo supponendo quod hoc erat huic et reliquis Sac-
ramentis, nempe esse signum per se sensibile quod in Eu-
charistia per species est expressere quod erat speciale.
Adhuc in re ... singulos patres spe-
cialiter expendendo, et quidem S. Ambrosius recte dixit
hoc sacramentum Xpi sermo conficit; nam componitur
Corpore et speciebus quod est Eucharistia verbis consecrationis, quibus
sermo Xpi conficit; nec minus recte addidit in eodem
Sacramento Xpum esse quia Xpi Corpus est quoniam corpus ergo quod
in Eucharistia est Corpus Xpi per naturalem connexionem et actu divina
reliquum Xpi esse et signo illius Xpus. S. Justinus non
urget dicens non ... alimentum non sumi nude Carnem
et Sanguinem (aliis ibi non possent demonstrari pronomine
hoc) sed sensibilia, quae includunt signum sen-
sibile ejusdem carnis, quod est species, de composito autem
ex Corpore et speciebus vere praedicari Eucharistia quae vere est.
S. Greg. facile etiam potest exponi nam ex illius verbis
solo colligitur quod Corpus et etiam huius panis polluatur quando
sordibus audimus ad altare. Vocabat veritate quomodo
non solo Corpus Xpi sed Eucharistia, sed Corpus et species quae Eucharistia
ultra esse panem spiritualem qui polluitur et est Corpus Xpi
hoc esse signum per se sensibile ejusdem panis. Reliquum
argumentum ejus urget S. Honorius. Sed dicit ibi ... esse
esse per continere quasi diceret Eucharistiae et Ollandines
non admittunt quod non confiteantur Eucharistiam Carnem continere

re

re salvatoris. Denique verba Xpi non sunt contra nos, siqui-
dem non probant carnem illius esse cibum et sanguinem esse po-
tum, quod libenter concedimus. addimus in Eucharistia non esse
cibum et potum, sed signum sensibile eorundem ut dictum
est.

Obijcies 2°. Eucharistia succedit pani et vino, sed pa-
nis et vinum dicunt in recto solam substantiam et in obliquo
accidentia; ergo Eucharistia dicit in recto solam substantiam et in obli-
quo accidentia. atqui non est alia substantia in Eucharistia nisi cor-
pus et sanguis Xpi; ergo Corpus et Sanguis Xpi importantur
in recto ab Eucharistia et accidentia panis et vini in obliquo. Respondeo
Eucharistiam succedere pani et vino non quoad omnia, alias quippe im-
portaret substantiam vere recipientem accidentia et accidentia vere
independentia substantijs. Succedit ergo tantum quoad proportionem
non tamen omnimodam similitudinem, et unus in quo deficit si-
militudo est modus importandi accidentia obliquus ut dicta

Obijcies 3°. Si species sacrales importarentur
in recto Eucharistia confecta ex vino albo differret specie
ab Eucharistia confecta ex vino rubro atque ideo esset mul-
tiplex species Sacramenti Eucharistiae. quod videtur absurdum
Sequela probatur quia Eucharistia confecta ex vino albo claudit
in recto aliquid specie distinctum quod non claudit Eucharistia
confecta ex vino rubro. claudit enim accidentia vini albi
quae specie differunt ab accidentibus vini rubri quamvis
quidem non tamen substantia utriusque vini specie differat
quod est utrimque probabile

Respondeo negando idem sequi. ad
probationem dico accidentia vini albi et rubri contrahere posse
Eucharistiam ad differentias specificas quas in esse entis
habent tamen non in esse moralis importantur et so-
lum sequuntur rationem formalem Sacramenti, quae quia in
accidentibus utriusque est eadem in specie tamquam
rem

separata, qua, quod mus significandi per modum potus spiritualis diversificatur a corporali, lucta, quas gratias in... princip(ali) constituunt, sed non materiali.

Sect. 2. Tandem occurritur argumentis quae probare intendunt sumptionem pertinere intrinsece ad lucta(m)

obijcies 1.

Obijcies 1.° id constituit lucta(m) intrinsece quod constituit illa in ratione causantis gratiam; sed sumptio constituit illa in ratione causantis gratiam, ergo sumptio constituit intrinsece lucta(m). minor probatur, quia ... significat lucta(m) gratiam, nam cum requiritur manducatio ... in ... nec recipienti conferret lucta(m) gratiam quod est in ... salis absurdum ... distinguendo minorem: quod constituit illam in ratione causantis gratiam per modum principij aut virtutis, concedo maiorem; per modum applicationis aut conditionis sine qua non, nego maiorem; distinguo etiam minorem: sed sumptio aut manducatio constituit lucta(m) in ratione causantis gratiam per modum conditionis, concedo minorem; per modum principij, nego minorem, et consequentiam. manducationi est virtus producti(va) gratiae ... id applicatio virtutis non est causa sed conditio.

Si autem petas unde colligamus sumptionem esse conditionem, applicationem et meram conditionem, non autem partialem virtutem: id a nobis colligi ex institutione huius sacramenti quod ... institutum per modum cibi et potus spiritualis, sicut in cibo et potu corporalibus manducatio et potatio sunt conditio ad nutritionem, non pars intrinseca cibi aut potus, ita in cibo et potu spiritualibus sumptio non est pars intrinseca constitutiva, sed applicatio et conditio.

obijcies 2.° et est instantia solutionis praecedentis: Sacramentum extremae unctionis institutum est per modum medicinae. men

mentis et corporis et nihilominus consistit intrinsece per usum seu applicationem quae est ipsum sacramentum, et non per se oleum benedictum quod solum sit etiam instituta sunt per modum cibi et potus potest consistere intrinsece [illegible] usum seu applicationem, quae est ipsa manducatio et potatio: ergo sicut cibus, qui alioquin consistit in ratione cibi, ita medicina quae sanat non consistit in ratione medicinae per usum, atque ideo stat usum non pertinere intrinsece ad rationem virtutis sanantis et nutrientis, et non pertinere intrinsece ad rationem sacramenti

Respondeo extremam unctionem non solum institutam esse per modum medicinae, sed etiam per modum, ut sic loquar, medicationis quia est instituta sit successive et transeunter non permanenter, et instar [illegible] per modum operantis et non solum per modum operati; Eucharistia vero instituta est permanenter, atque ideo per modum virtutis operativae et nutritivae non per modum operantis et nutrientis, quale applicatio, quae est usus, est intrinseca olei sacramentis, quia non est nisi cum illis utimur non vero Eucharistiae, quia adhuc quando illa non utimur, et extra usum est.

Obijcies 3° Eucharistia consistit in toto illo quod Christus instituit et Apostolis et eorum successoribus imperavit ut facerent in illius commemorationem, sed tota illa actione et series rerum, quas Lucas narrat includendo ipsum usum seu panis consecrati manducationem, Christus instituit et Apostolis ac eorum successoribus imperavit ut facerent in illius commemorationem; ergo Eucharistia partialiter consistit in usu seu manducatione. maior probatur quia Christus non aliud praecepit facere tempore institutionis quam Eucharistiam; minor patet quia non dixit Christus hoc facite nisi postquam dixerat accipite et manducate, similiter et [illegible] subiunxit hoc facite praecepto subsequente fieri manducationem et potationem.

Respondeo 1° negando maiorem ad mentem haereticorum, qui hoc utunt argumento, non omnia illa praecepit quae tunc

oc

occurrerunt neque opus est in toto illo consistat Eucharistia quod Christus instituit et iussit. nam et accurate observavit Valent. Christus instituens Sacramentum Baptismi iussit Apostolis ut proficiscerent ad omnes gentes et eas Baptizarent; num in aliquis Apostolus dixit ut dicatur illa profectio Apostolorum esse intrinsece constitutivum Sacramenti Baptismi, et illius partem et in. Sicut dixit accipite ita dixit euntes Baptizate.

Respondetur deinde data maiori negando minorem illud praeceptum hoc facite non cadit super omnes circumstantias quas in Eucharistiae institutione observaverunt, nam in esse instituta fuit vespere et coram omnibus Apostolis quae distributa fuit in generali, et tamen non fuit praeceptum quod vespere consecraremus, nullo non omnibus Apostolis, nec in generali. Ergo non omnia quae illa verba hoc facite praeceperunt instituta et praecepta sunt accipiendo nec usus, sed substantiale quod pertinet ad communicandum spirituale per medium signi sensibilis.

iuxta illud Ioannis 13. ante diem festum paschae etc. sed ante
diem festum paschae non erat panis azimus sed fermenta-
tus ergo Christus non instituit eucharistiam in azimo, sed in fer-
mentato, et cum post institutionem praecepit suis discipulis
ut idem ipsi facerent praecepit ut in fermentato et non
in azimo consecrarent quod est facere fermentatum ma-
teriam. resp. evangelistam usurpare diem festum paschae
non pro tota celebritate paschae, sed pro die quem vocamus
specialem (notandum enim evangelista dixit ante diem festum
paschae et non ante festum paschae, nam dies festus incipi-
ebat ab ortu solis lunae 15. festum vero a vespera lunae
14.) atque adeo proinde est ibi ante diem festum paschae atque
in vespera lunae 14. cum autem ab hac vespera urgeret
obligatio manducandi panem azimum et mittit iam ... et
fermentati, Christus in azimo instituit eucharistiam non in fer-
mentato; neque praeceptum discipulis datum detrahit panem
azimum aut fermentatum, sicut nec vinum rubrum aut
album ut iam notavi.

Obijcit 5. adversus aliam partem de pane
fermentato: fermentum de se non est materia apta eucharisti-
ae cum sit massa corrupta: ergo neque panis fermentatus
propter eandem causam quia corruptio fermenti pervadit totam massam
illamque corrumpit iuxta illud 1 ad Corinth. 5 modicum fer
menti.

totam massam corrumpit] ter° omisso ant. negando consequentiam ad probationem quamvis fermentum totam massam quando non statim totam corrumpit, sed aliqualiter incipit disponere ad corruptionem. Quamvis non loquitur de effectu et absoluta corruptione substantiali, sed inchoativa, et accidentali, sicut vinum acescens dicitur corrumpi, adde quod Apostolus ibi sumit corrumpit pro fermentat atque ideo ex nullo capite nobis adversatur auctoritas adversariis favet.

Sect. 14.

Latini tenentur consecrare in Azimo et Graeci in Fermentato.

Vidimus tam panem azimum quam fermentatum esse materiam idoneam ad validitatem consecrandi, nunc addimus non omnibus utrumque panem esse permissum, sed Graecos teneri praecepto ecclesiastico consecrare in fermentato et Latinos ex simili praecepto teneri consecrare in azimo ita ut Graeci peccent consecrando in azimo extra proprias ecclesiam et Latini consecrando in fermentato. ita Suarez C. Vasquez C. Graecos positus Hugo et Lorinus supra allegati est pro cos sed adversus eos qui docent tam Graecis quam Latinis esse praeceptum panem azimum et item adversus eos, qui sentiunt Latinis quidem esse praeceptum panem azimum Graecis vero neutrum esse praeceptum sed posse pro arbitrio, nunc azimo, nunc fermentato uti.

Fundamentum nostrae assertionis est quia Graeci et Latini tenentur sequi propriam consuetudinem sed consuetudo Graecorum est consecrandi in pane fermentato et non in azimo e contra vero consuetudo Latinorum est celebrandi in azimo et non in fermentato. ergo Latini tenentur consecrare in azimo, et Graeci in fermentato: minor est certa clarem-

ma

maiore, probo ex Concilio Florentino in decreto Fidei sic aien-
tes; definimus in azimo, seu fermentato pane triticeo corpus
Christi veraciter confici, Sacerdotesque in altero ipsum Domini
corpus conficere debere unumquemque scilicet iuxta ecclesiae suae, sive oc-
cidentalis, sive orientalis consuetudinem] et post comprobari ex Cap.
non decet dist. 12 ubi dicitur turpe esse caput non concordare
toti, et ex Cap. illud et sequentibus ubi dicitur consuetudi-
nes cuiuslibet ecclesiae non repugnantem fidei, aut praeceptis
divinis, et apostolicis qualiter non repugnat hic obligare
eos, qui in ecclesia vivunt.

Sed hic posset dubitari an Graecus non apud
suos, sed apud latinos existens, vel Latinus non apud ap-
ud suos, sed per Graecorum terras transiens teneatur propriae
patriae et gentis consuetudinem observare, vel possit se accom-
modare moribus, et consuetudinibus loci in quo est, vel per quem
transit. Pro huius quaestionis decisione ab ea quae pendere
quae late, et docte tractat P. Thom. Sanchez tom. 2 in
decalogum an scilicet advenae et peregrini possint se accom-
modare legibus loci in quo sunt vel teneantur adhuc servare
leges patriae.

Nostro quidem nobis magis probatur valeamus ar-
bitramur Graecum per latinorum terras transeuntem apud
latinosque existentem per modum transitus posse se accommoda-
re moribus latinorum atque ideo celebrare in azimo non tantum teneri
sed posse optime retenta consuetudine patriae celebrare in fer-
mentato, quod vice versa dici debet servata proportione de
Latino apud Graecos existente vel per modum transitus commor-
ante. Ratio est quia consuetudo aeque lex non obligat ultra
proprium territorium atque ideo graeca consuetudo non obligat suos
extra graecorum terras, deinde neque consuetudo neque lex obligat
nisi subditos qui autem per modum transitus sunt, non sunt sub-
diti

nec quod — q. n. tenent legibus illius loci: at quod ideo graecos existentes apud exteros, vel apud latinos commorantes per modum transitus tenere propriis legibus, et consuetudinibus, nec legibus et consuetudinibus loci in quo morantur, sed poterit pro sua voluntate propriis vel alienis vel nullius rum se accomodare.

Excipe nisi graecus apud Latinos existens velit celebrare in aliqua ecclesia eiusdem Graecum ritum servante, vel latinus apud Graecos in ecclesia latinum morem retinente, nam tunc unusquisque quod teneretur propriae patriae consuetudinem observare, licet nec ratione loci existimatur, siquidem locus vel ecclesia in quo celebrat, sit quasi territorium propriae patriae et illius legibus subiaceat; quare latinus consecrans apud Graecos in ecclesia ritus Latini in fermentato peccaret mortaliter, sicut et graecus apud latinos celebrans in azimo in ecclesia ritus graeci ut apte docet Leo 9. in epist. supra allegata.

Sect. 15.

Vinum congelatum est materia apta consecratione Calicis.

Ita P. Praepositus 3. p. q. 74. art. 5. dub. unico n. 46 consecrans n. 47. Angelus, Sylvester, Sotus et Sa communiter ibidem. P. Vazquez d. 175. de Eucharistia cap. 2. P. Suarez d. 45. sect. 1. § ultimo. P. Laiman lib. 5. Theologiae moralis tract. 4. cap. 2. n. 6. et Card. DD. adversus Alanum lib. 1. de Eucharistia c. 11. Armilla verbo Eucharistia n. 19 Ledesma 1a. 1ae quarti ~~[illegible]~~ c. 15. art. 1 dub. 1o. quorum doctrinam ut sub dubio amplexus est Henriquez lib. 8. de Eucharistia c. 12. n. 3.

Ratio 1a. quod ad materiam Eucharistiae consecratione Calicis solo requiritur quod sit vere et absolute vinum vitis ut constat ex Concilio Florentino. Sed vinum congelatum tale est cum absque

lemus vinum: ergo est materia apta pro consecratione calicis. Confirmatur quia si post consecrationem species congelentur adhuc sub illis perseverat sanguis Christi: atqui hoc esse non posset si sub congelatione vinum non esset materia apta: ergo vinum congelatum est materia apta. Probo consequentiam: quia tamdiu sub accidentibus vini desinit esse sanguis Christi, quamdiu sub illis nequit esse naturaliter materia apta, sed postea sub congelatione nequiret esse materia apta consecrationi sanguinis ergo vel facta congelatione post consecrationem non perseverat ibi sanguis vel facta ante consecrationem est materia apta.

Quod si dicas non sufficere ad secundam consecrationem quae sufficiunt ad consecrandum sub speciebus corpus vel sanguinem Christi post illas: ergo non ex eo quod perseveret sanguis sub speciebus congelatis sequitur posse licite consecrari vinum congelatum, atque ideo esse materiam aptam. Contra, propositum quod licet verum sit ante quando apparet aliqua ratio diversitatis: at est falsum quando nulla apparet ut creditur non apparere in praesenti.

Obijces 1º. Vinum substantialiter corrumpitur congelatione. 2º. Si non corrumpitur, saltem non est potabile, cum materia luchis debeat esse substantialiter vinum, et vinum potabile vinum congelatum nequit esse materia apta; respondetur negando antecedens quoad priorem partem et distinguendo quoad 2am: saltem non est potabile proxime concedo antecedens remote nego antecedens. Et similiter consequentiam quia materia luchis non necessario debet esse proxime potabilis quia proxima potabilitas requiritur ad usum luchis non ad illius valorem et essentiam, quae ut diximus non consistit etiam partialiter, in usu.

Obijces 2º. instando solutionem praecedentis: si sufficeret materiam luchis remote esse potabilem, ut apta esset consecrationi, mustum intra uvas esset materia apta, quia licet intra uvas non sit proxime potabile, est remote, nempe si expressum liquescat, et dissolvatur, quemadmodum vinum congelatum ideo est remote potabile quia licet sub congelatione non sit proxime potabile est si calore aut agitatione liquescat et dissolvatur.

Resp.º negando paritatem obiectionis, nam mustum intra uvas est cibus, vinum congelatum non est cibus; mustum intra uvas non appellatur mustum, neque vinum, vinum congelatum appellatur vinum, atque ideo ut utrique conveniat esse remote potabile cum maxima sit differentia, nam ante proximam potabilitatem mustum non dum expressum non est vinum, vinum vero congelatum adhuc ante proximam potabilitatem habet esse vinum, quod est vinum congelatum esse materia Eucharistiae D. Florentinum sine aptitudine proxima ad usum, mustum vero esse materiam ineptam tam ad valorem quam ad usum.

Obijcies 3.º glacies seu aqua congelata non est materia apta Baptismo ergo nec vinum congelatum est materia apta Eucharistiae. Probo consequentiam quia aqua congelata non minus est aqua, quam vinum congelatum vinum. ergo ac non obstante quod materia Baptismi sit aqua et aqua congelata habeat veram rationem aquae, aqua congelata non est materia apta, non obstante quod materia Eucharistiae sit vinum, et vinum congelatum habeat veram rationem vini, vinum congelatum non erit materia apta.

Resp.º negando consequentiam ad probationem dicendum est quia cum Baptismus consistat in usu, et habeat pro materia proxima ablutionem, cui est inepta, aqua sub congelatione, neque est materia apta Baptismi sub congelatione. Vinum vero cum non consistat in usu, nec habeat pro materia proxima potabilitatem, ut licet sit ineptum sub congelatione adhuc est materia apta ad Eucharistiae valorem.

Obijcies 4. Sanguis ponitur in Calice per modum potus, vinum congelatum non est potus. ergo nequit sub illo poni sanguis. Resp.º hanc obiectionem convincere ad summum nullam specialem difficultatem, ideo contineri; nihilominus dico vinum congelatum aptum esse potum, ex se et natura sua per modum potus; neque refert quod dissolvatur sicut vinum uvae obsignato inclusum, aptum est potus, per modum ad ...

potari non possit nisi vase separato.

Q. 5.

De Terminis magnitudinis et parvitatis Materiae remotae Eucharistiae panis et vini

Sect. 1.a notantur aliqua et referuntur Sententiae

Notandum 1.° Eucharistiam duplici statu hic re de quo possit procedere per sensus controversia: etenim potest considerari in fieri seu in consecrari, et in facto esse, seu in conservari, et sensus quaerit an Eucharistia ut 1.° consecretur, vel ut facta consecratione subsistat et conservetur praescribat sibi certum aliquem terminum magnitudinis et parvitatis in pane et vino ita ut neque in maiori quantitate, neque in minori valide consecrari possit, aut conservari.

Notandum 2.° Sermonem minime esse de termino proveniente in pane, et vino ex defectu praesentis requisitis ad veritatem sacramenti, nimirum quia tanta, aut tam exigua est panis et vini quantitas ut in morali aestimatione non reputetur praesens, cum tamen praesens esse debeat consecranti ad verificandam formam ut infra suo loco dicemus: quare cum huiusmodi terminus non nascatur ex aliquo per se petito ab Eucharistia; siquidem Eucharistia non petit per se, quod ea quantitas non sit praesens, sed per accidens illi contingat, per accidens etiam contingit hic et huiusmodi terminus; in praesenti autem loquimur non de termino per accidens, sed de petito per se.

Notandum 3.° neque sermonem esse de termino magnitudinis et parvitatis, quem forsan habent panis et vinum ex natura rei ratione formarum quas obtinent, et illis exigunt, sed quem Eucharistia ex se, et ratione sui praescribit, et petit, ita ut sensus sit an panis et vinum sibi certam aliquam magnitudine-

et parvitate, praescribant ut deserviendi sint, nec in maiori aut minori esse aut consecrari queant, sed quid de hoc sit an Ecclesia ad sui valorem exigat quod panis et vinum habeant praedictos terminos ita ut si non starent panis et vinum quominus maior aut minor quantitas daret, adhuc staret per Ecclesiam quominus consecratio eius valeret eo quod excederent metas proprii termini.

Notandum 4.° nos esse sermone esse de partibus panis et vini, quando sit in toto sufficienti ad Ecclesiam videre conficiendam, constat enim apud Catholicos DD. consecrato toto singulas etiam partes, quantumvis minimas manere consecratas, at ideo in eo statu, nullum est de parvitatis, est tamen difficultas, an quaelibet pars quantumvis imperceptibilis exacte, quae est in toto consecrari possit non consecrato toto? de qua nos suo loco dicemus.

Notandum 5. nos esse sermone esse de partibus solum sensibilibus sic ut rogemus, an Ecclesia inter sensu perceptibiles aliquam minimam sibi praescribat ita ut in minori aliqua sensu perceptibili nequeat licite esse, aut consecrari. Conveniunt enim DD. omnes partes sensibiles, quales ac quantulae illae sint valide posse consecrari, est tamen dissensus, sit an pars consecranda debeat esse sensibilis ipsi consecranti, vel sufficiat esse aliis?

In hoc igitur tota controversia consistit, an Ecclesia possit valide confici in qualibet panis et vini quantitate quantumvis maxima ita ut nulla sit adeo magna ut per se loquendo, nequeat valide confici in maiori, similiter an possit valide confici in qualibet quantitate exigua etiam sensu non perceptibili, ita ut nulla sit adeo exigua, ut per se loquendo, nequeat valide confici in minori? vel non, sed tanta magnitudine, et parvitate terminetur ut nec sub maiori, nec sub minori valide possit fieri

exi consecratio Eucharistiae, et perseuerare.

Quibus notis 1.a opin.o asserit Eucharistiam non posse confici in qualibet quant.e panis, et vini quantumuis magna at que ideo habere terminum versus maximum, ita ut detur certa quantitas, qua maior nequeat valide consecrari; minor vero posit ita Alexander Alensis 4. p. q. 34. membra 1. art. 3. alias q. 10. memb. 4. art. 2. Paludanus in 4. dist. 11. q. 1 art. 3. Angelus verb. Eucharistia 1. n. 25. et alij, et putat probabile D. Thom. opusculo 59.

2.a docet in qualibet quant.e panis et vini quantumuis magna posse Eucharistiam confici, et in quantumuis minima si post consecrationem separetur conseruari, non vero in quauis exigua .. fieri et consecrari. atque ideo Eucharistiam in facto non habere terminum magnitudinis, aut paruitatis in fieri vero carere termino magnitudinis, et habere terminum paruitatis, illam vero panis micam .. guttulam vini, quae sensibilis est, et infra quam omnes sunt insensibiles. unde plus requiritur ad 1.o inducendum Corpus sub speciebus, quam ad illud retinendum. ita P. Suarez disp. 43 de Eucharistia. sect. 7 et 8. P. Conine de Sacramentis q. 74. art. 2. P.r Vazquez 3. p. disp. 171. cap. 2. V. P. Hugo d. 4. de Eucharistia sect.e 6. P. Tannerus d. 5. de S.ma Eucharistia q. 2 dub. 2.

3.a opinio censet Eucharistiam neque 1.o fieri, neque conseruari posse in particula panis et vini adeo exigua, ut nullo sensu percipi posit: atque ideo tamen fieri quae in conseruari habere terminum Eucharistiae paruitatis. ita Maior in 4. dist. 11. q. 2 § 5.a istud. unde in hac sententia non perseuerare Corpus Christi sub accidentibus panis, si post consecrationem hostia diuideretur in adeo tenuissimos puluisculos, ut nullus sentiri posset, etiam si sub singulis substantia panis esse posit.

4. opin.o tradit Eucharistiam esse, et seruari posse in qualibet magna quant.e panis et vini, et iterum in qua libet

minima p.te separata, si posit separata servari, atque
intieri et servari carere tco magnitudinis et parvitat.
ita Sotus in 4. dist. 9. q. unica art. 2 et P. Valentia
4. d. 6. q. 2 punct. 2. quamuis hic ultimus addat, du
revelar. l. rone aliqua certa seu probabili vere ibi
ibi eē eiusmi particulas, et verbo aut nutu. l. signo
sensili indicar adeē, et sine dubio idem tenet P.te Fill
tom. 1. tract. 4. de euchia c. 3. n. 73 et 75 ac vir
mens patris Henrriquez lib 8. de euchia c. 24. si res q
ant minimo, et pars panis aut vini minor minimo se
parari posit.

Fatent. v. omnes DD. n. licere euchiam conf.
in aliqua ingenti quant., aut in aliqua fere in ceptibi
portione, et ex suo gen. mortale propt irreverentiam no
bilem, sive effusionis, sive sculloris, sive corruptionis
ue indecentis tractionis, cui exponeret sacramtu, quoz
disputant et int se discordant de valore n. de honesta
confectionis, quæ ad mas morales spectat

Sect.o 2.a

Euchia n. sibi pscribere ...tu magnitudinis in pane, et vino.

Ita oes quos sup.a memoravi (praes. DD. q. 1
q. q nunc addo D. Thoma hic art. 2. Patrem Vazquez 3 p.
d. 171. cap. 2. ac P.m Henrriquez lib. 8 de Euchar.
cap. 23. n. 4. et intelligo. scilicet tam de euchia qui fa
quam in facto, atque ideo statuo, nulla eē tam magnam
quantitatem, ut sub maiori, nequeat valide fieri consecrati
Corp. ac sanguis retineri; dummo temp. consecrationis n.
desit moralis p.ntia

Prob. 1.o q.a in quacumque magna quante hic
pote

post Eucharistia quidquid ex institut. Xpi habere debet sive in 1º. fieri, sive in conservari: ergo Eucharistia in 1º fieri et conservari caret tota magnitudine. Cons. patet: quia ideo habet tantum magnitudinem, quia in maiori quantitate non habet quidquid ex institut. Xpi debere habere debent; ans. probatur quia ex instit. Xpi solum requiritur quod materia consecranda sit panis triticeus, et vinum vitis, quod materia sit praesens, quod minister habeat intentionem consecrandi, et quod proferat verba consecrationis; sed haec omnia possunt occurrere in quacumque magna quantitate panis et vini: ergo. Minor probatur quia occurrit quod sit panis et vinum possunt proferri verba, et minister potest habere intentionem de ipsa autem probatur dupliciter; 1º quia potest Deus tota illa materia penetrare et coram sacerdote ponere. 2º quia potest sacerdotem collocare in pluribus locis ita ut praesens sit toti materiae praeterquam quod sacerdos potest successive tota consecrare, nunc usque ad tantam partem sumendo, deinde accedendo ad aequalem et post aliam, et sic de reliquis: parum non refert, quod sit tota materia, aut pluribus vicibus consecret.

Probatur 2º quia data qualibet magna quantitate panis et vini dummodo praesens sit (nam ut dixi defectus praesentiae non petit sed auditus Eucharistiae) possunt rite proferri verba consecrationis super totam illam materiam: ergo et poterit tota consecrari. patet cons. quia ad totum consecrandum post super quod possunt rite proferri verba consecrationis ans. ostendo in sacerdote est potestas, materia est apta, et aliunde sensibilis et ideo adverbiis hic et hoc demonstrabilis: quid deest ut rite proferantur.

Probatur 3º quia termini Eucharistiae desumitur ex materia panis et vini, vel ex intentione sacerdotis, seu ex usu fidelium qui est finis institutionis (praesentialitas non deest, nec deesse supponimus praesens sic) sed non desumitur ex 1º capite tunc quia ut notavi panis et vinum habent totum tamen non habet Eucharistia. quia haec non petit quod panis non sit in maiori quantitate quam habere potest, sed esse potest quantum de se est si maior quantitas daretur tamen etiam

quia

q.ª opinamur res [illegible] et inanimata carere tō mag-
nitudinis et parvitatis ut in physica diximus. Neque ex
2.º Cap.º q.ª intentio ministri ad totum id potest extendi
ma[teri]a[e] de qua est capax, nec constat a Xpo limitari intentionem
sacerdotis ne ultra tantum quantum extendat: non denique
ex 3. q.º usus lucris non [illegible] essentiali ad [illegible] ideo ancillandum
ora activa lucris atque ideo non restringitur ab usu.

Sed q.ª ad [illegible] haec insistunt et colligere
solent terminum magnitudinis ex eo quod Eucharistia sit insti-
tuta ad usum fidelium, ad quem non quaelibet magna quantitas
est accommodata, placet ostendere ex hoc cap.º non posse restri-
ngi ad certum terminum, imo potius indecente colliget D. Thom.
Theologos carere. Etenim si instituta est Eucharistia ad usum fidelium
cum fideles possent esse plures et plures, nec dari certus ter-
minus qui [illegible] si maior et maior potuerit esse quantitas
lucris, nec ulla dabitur determinata, quae negari eam [illegible]
apta consecrationi, et lucris consecrationi.

Confr. 1.º q.ª ex contraria si occurreret quod
semel [illegible] consecrare sufficientes hostias ad usum fi-
non posset ulla alia consecrari, quod quidem absurdum est. Se-
q. [illegible] ipse non posset certo definiri usus fidelium, et ideo
quot hostiis debeant illis parari et consecrari, semper
in dubio essemus an possit fieri nova consecratio. Confr.
q.ª consecratio maioris quantitatis quam conveniat usui fidelium
non est irrita sed valet, atque ideo non datur terminus magnitudi-
nis in fieri aut facto ex institutione Eucharistiae. Minor [illegible]
q.º si sacerdos diceret per incantationibus, aut turpi [illegible]
[illegible], aut vana gloria valebit consecratio, ut nemo negari
quit, unde ulterius confirmatur q.ª potestas consecrandi omnes
est data est ad consecrationem per incantationem quas ad conse-
crationem maiori quantitate quam usus fidelium exposcat.
q.ª sicut valet illa consecr. valebit ista, ubi potestas consecrandi [illegible]

magis accederet ad consecrationem, quam in cantat. quae ~~maiori~~ quantitate quam usus Fidelium exposcat; mitto quod in contraria sententia plus potestatis haberet [illegible] plures subditos quam [illegible] pauciores.

Hinc colliges, quod si infinita quantitas panis et vini a Deo penetraretur intra brevem extensionem coram Sacerdote collocaretur, posset valide consecrari, et post consecrationem adesset Corpus et Sanguis Xpi D. sub speciebus. Sicut si infinita ea quantitas in sua extensione maneret, et Sacerdos a Deo in tota illa collocaretur, valeret consecrare, sicut et si Sacerdos diuinitus penetraretur, quia in omnibus his casibus daret legitima potestas consecrandi, materia apta, et potens consecranti, atque ideo nihil stabit quominus valeret consecratio.

Sect. 3.

Leues Aliquot obiectiones dissoluuntur.

Nec ea quae adversarij obiiciunt omnino omnia referre et soluere operae pretium erit. 1. obijciunt: potestas Sacerdotis non potest extendi ultra intentionem Xpi D. illam concedentis. Sed intentio Xpi D. non extendit ad maiorem quantitatem panis et vini quam usus Fidelium exigit. maior videtur certa, cum nihil habeat Sacerdos nisi a Xpo D. concessum, neque ad aliud habet potestatem quam ad id ad quod Xpus concessit.

ne

Cum etiam quia facultas et potestas sacerdotis de ordinat. intentioni Xpi ab illa quod dependet cum Xpo d. sit principale agens, et l. in iure civili actus agentium nam quis ultra intentionem eorum operantur [illegible] Legem nonnunq. ff. si certum petat. et [illegible] Leg. agris de acquirendo rerum dominio. Minor p. [illegible] intentio Xpi est ut consecr. fiat constitutione et institutione fidelium, nisi fieret si in maiori quantitate [illegible] usus opus est ad usus fidelium q. [illegible]

Resp. in Xpo d. duplicem reperiri posse intentionem et re vera reperiri. 1. ut valide fiat consecratio. 2. ut honeste et licite fiat. Lex semper Xpus d. quando sup. legitima m. quantum magna sacerdos profert verba consecrationis, n[illegible] [illegible] quia [illegible] utilitas fidelium et adsit periculum irreverentiae prohibet consecr. et [illegible] prohibet [illegible] omino invaliditatem ut in consecrante ob vanam gloriam l. alium pravum finem patet, nos q. in [illegible] legibus late extendimus aliquas l. legem pure prohibentem factum valere. Unde in [illegible] [illegible] [illegible] minore, intentio Xpi circa valorem non extendit ultra [illegible] nego minorem, intentio circa honestatem concedo minorem, quia [illegible] consecratio evadit valida quia non excedit sed conformat intentioni circa valorem non v. evadit licita quia non conformat sed difformat intentioni circa honestatem.

Obijciunt 2. omnis virtus creata et finita nata sibi determinat certam quantitatem et sphaeram ultra quam nequit extendi sed talis virtus consecrandi quae in sacerdote reperitur nem

nempe Caracter, qua quus in verbis Consecrationis exis
tit est finita: ergo detrahit sibi Certa quantitatem
Virtutis, extra quam nequeat extendi quod ihabere
tamen magnitudinis. Respondetur distinguendo mino
rem; Virtus propria Sacerdotis et verborum
concedo minorem, Virtus Dei nego minorem. Etenim
infinita, et ipsius Dei nomine tam Sacerdos quam
verba operantur, ut instrumenta.

Obijciunt 3. non potest dari Eucharis-
tia sine Pane, Vino. Sed panis et Vinum nequit da
ri sine termino magnitudinis: ergo Eucharistia nequit da-
ri sine termino magnitudinis. maior constat: minorem
probant quia omnis res naturalis habet terminos mag
nitudinis et paruitatis aliàs esset illimita
ta quod est contra essentiam Creaturæ. Respondetur concedendo
maiorem, et negando minorem, ad Cuius probationem
negatur assumptum, non omnes res Creatæ habent terminos
magnitudinis maxima id est de ratione Creaturæ sed
solum quod sit ab alio, et limitatis perfectionis non
limitatæ extensionis, sed dato quod panis et
Vinum non possent dari sine termino, id per accidens
esset ratione Eucharistiæ quia non peteret quod illum haberent
et optime conficeretur consecratio de se est, in maiori
quantitate darentur quam petunt

Obijciunt 4. Si non daretur terminus mag-
nitudinis ad Consecrationem Eucharistiæ requisitus, sed
quaelibet magna materia posset valide consecrari
non requireretur ad valorem Eucharistiæ materia determinata
Cum neque hæc neque illa maior, neque alia requireretur
et sic nec consequenter requireretur materia determinata ut dicamus
in

77

inferens ergo datur terminus magnitudinis, et non qualibet maior et maior sine termino potest valide consecrari ut in nostra sententia asserimus.

Respondeo distinguendo maiorem non requireret valorem calicis magnitudinem determinatam idest determinatae magnitudinis (cum ut maior non sufficeret si daretur) aliam maiorem, non requireret materia designata a sacerdote nego maiorem simul cum tota. determinatio ad validitatem calicis requisita non est prioris generis, sed posterioris, et haec stat cum assumptis nullus terminus magnitudinis

Obijciunt quinto ut consecrari possit vinum debet de eo affirmari quod sit hic calix (sunt enim verba ipsa consecrationis) ut autem verificent verba ipsa requirit determinata et limitata magnitudo. ergo consecratio calicis petit determinatam magnitudinem. minor probatur quia nomen calix dicit determinatam magnitudinem mensuram. Respondeo dupliciter, primo nomine calicis non venire determinatam mensuram cum calix possit esse maior et maior sine termino ita ut nullus sit tantus, ut maior esse non possit, atque ideo sicut non est terminus magnitudinis in calice non exit in materia consecrationis. Respondeo secundo ibi calicem accipi pro vino continens ut pro contento. Sectio 4. Calicis de se exigere in fieri aut consecrari terminum parvitatis

Sect.

Sect.° 4.

Euchia, an se n exigere in fieri aut conservari tantum Paruitatis

Ita DD. relati pro 4.a Sa quibus addi potest
P. Laiman lib. 5 Sum theologiae moralis tractatu
4. c. 2. n. 11. Siquidem ait nec multitudinem
nec magnitudinem materiae neque item paruitatem
obstare p consecrand, quominus valide consecre-
tur, Et quidem enim de utroque termino loquit
D. Tho. 3. p. q. 74. art. 2. in Sdo et etiam
corp. ibi enim haec habet, nulla est itaque parua qu-
antitas panis aut vini quae non possit consecrari,
q. etiam nulla est ita magna quae consecrari non
possit. Trid. licet ibi abte loquat et n restringat ad partes
sumentes dicens de omnibus affirmare et Trid. Sess. 13
canone 3. idem clare indicat de Eucharistia
in facto; ait enim sub qualibet particula
separatione facta totum Christum contineri.

Pro maiori huius rei claritate habit
Tria supponenda sunt ante probatione me iudice
necessaria 1. quaestione ceden vel in aa Sa (mi-
hi quidem vera et omnibus probabili) quae as-
serit panem et vinum sicut et caeteras res homo-
geneas et inanimatas carere minimo nali quam-
libet q. particulam quantumuis minimam posse
persistere separatam ab alijs vel in Hy-
po

Hypothesi quod per possibile l. impossibile sic persisteret. Si enim ideo Eucharistia non detur in qualibet minima parte quia substantia panis et vini nequirent ea conservari, et non quia ratione habere nequiret valide conservari per accidens Eucharistiæ advenire, tum parvitatis, ni ipsa illas exigeret aut de se haberet, l. contra vero si qualibet minima particula data nequeat Eucharistia in illa consistere aut conservari ob innatam incapacitatem istius terminos per se esse in omni et [illegible] per accidens advenire.

2um quamlibet partem panis et vini quantumcumque tenuem et exiguam habere qualitates de se sensibiles nempe quantitate, colore, sapore, liquiditate, humiditate, atque ideo esse per se sensibile quidquid sit a nobis sua tenuitate actu non sentiri quemadmodum integer panis longissime distans de se sensibilis est ob qualitates quas habet visibiles, tangibiles etc. quamvis ob nimiam distantiam actu non sentiatur; aliud enim est de se et in actu 1o aliquid esse sensibile, aliud in actu 2o sentiri, illud enim dari potest sine secundo.

3um eandem particulam non esse eodem modo ratione omnium proxime sensibile, sed crescere, aut decrescere penetratione, illius qua crescit et decrescit acumen et perspicacitas sensus ita ut potest quod acutissima sensa perfectissime sentiri, quod a minus acuta minus perfecte, et ab debiliore nullo modo sentiri, et aliter autem apprime memus esse ut partes absolute proxime sensibiles, non opportet quod ab omnibus sentiri absolute possit satis est quod ab aliquo, neque negat, non potest nalissi ne [illegible] liditatem sensibilitatem opposite ad illius dexteritatem quod a nullo sentiri sit,+ quod si sermo sit non de sensibilitate proxima sed de ea quod +

+ atque ideo notanda est quod absoluta nunc non est quod ab uno solo sensu sentiri possit

p intrinseca quia obstat habet ex se independenter a sensu aliquo
tenuissima particula minutissima sensibilis est, quamvis nullus sit sen-
sus qui eam percipere et sentire possit, non sensus ac obiecta hujus
naturae sensibilia de se sensibilia esset casu quo Deus omne sensu
e medio tollere seu annihilare

His praemissis, probatur multipliciter superior assertio 1.º quia ut ali-
quid sit materia susceptibilis apta tam in fieri quam in conservari, duo
tantum requiruntur scilicet panis et vinus, et esse ab se sensibile, sed
nulla est particula adeo exigua panis et vini quae non habeat utrumque
quia nulla est quae non sit apta atque adeo per se loquendo et quantitate e se parte
cum nullus habet limites tam parvitatis minimae. Quoad priorem partem
probatur quia quaelibet pars panis (idem de vino) cum sit homogenea, ejus-
dem rationis cum toto, est panis. Quoad posteriorem etiam quia Beati angeli sen-
sibus et gravioribus dispositionibus percipi nequeat, potest saltem percipi
ab oculis glorificatis, cum de se sensibilis sit, et oculi glorificati
perspicacissimi.

Probatur 2.º hac calculatione. Quo magis crescit acumen
perspicacitatis sensus, eo minor pars panis sentiri et percipi potest. Sed acumen
perspicacitatis sensus crescere potest magis et magis sine termino, et non sit assig-
nabilis aliqua perspicacitas finita qua major esse non possit. Ergo minor
et minor pars panis et vini sentiri potest et percipi sine termino. Limitia tam in
fieri quam in conservari caret in pane et vino termino parvitatis. Patet consequentia quia
si aliquam haberet, certe esset illa pars maxima exigua quae sentiri non posset
seu illa minima quae sentiri non possit. Sed nulla est adeo minima
quae sentiri non possit, nullus habet limites tam parvitatis in fieri et conservari.

Probatur 3.º Quod magna quantitas panis et vini non possit ob ni-
miam distantiam sentiri ab aliquo sensu, non facit eam esse per se tam aut magis
insensibilem et ineptam fieri et conservari, sed adsolum dicere aliquam conditionem
extra actu concurrere. Ergo quod aliqua parva quantitas nequeat ob nimiam
tenuitatem sentiri ab aliquo sensu, non facit eam per se tam aut magis insensi-
bilem et ineptam fieri aut conservari, sed adsolum dicere conditionem extra actu concurrere. Patet consequentia a
paritate quia tam insensibilis est ea magna quantitas ad tantam distantiam quam ad
multo minorem [illegible] ad nullam pars minima exigua. Probatur antecedens quia [illegible] obs-
tante

obstante quod ad tantam distantiam sentiri non possit ob magnam quantitatem intra quam materia insensibilis est inepta. quia quod sentiri non possit non arguit ex parte se sit insensibilis; sed quia sensus debilior est quam requiritur ut sentire possit ad tantam distantiam. similiter quod parva quantitas requirens in tanta parvitate sentiri non est quia de se sentiri non possit, cum de se sit quantitatibus per se sensibilis, sed quia sensus debilior est quam requiritur.

Probatur secundo. sensibilitas quam lucentia per se exigit in ne[cessitate] dividi fieri et servari eius quam debet habere in se sed non venit quod habeat in se sensibilitatem proximam, sed sufficit habere remotam quatenus sit sensibilis ex se; quia sensibilitas quam per se requirit in parte divisionis proxima sed remota, in qua tamen non datur terminus parvitatis quia quaelibet pars minor et minor semper non est de se sensibilis sed tantum sensibilis quantitative non dabitur terminus parvitatis in parte divisionis maior in lucentia, maior inde constat quia ideo exigit non maximam sensibilitatem quia sola maxima habet lucentiam quod sit intrinseca per se sensibilis, non autem quia sensibilitas quam habere debet lucentia est illi essentialis et intrinseca, haec autem non est sensibilitas remota quam habet ab aliis entibus quae constat, non quia convenit sensibilis extrinsece. deinde de [illegible] quia de ratione lucentiae solum est esse signum sensibile per se, potest autem non sensibile per se non sit aptum per se sentiri quia nullus sensus [illegible] [illegible] ne sentiant aut sentire possint.

Ex his facile deducitur quod quaelibet pars minima divisibilis, deinde sit, possit quantitative esse intra totum et seorsim non separato toto, tum quia quaelibet divisa a toto possit sentiri possit ab aliquo sensu, et ideo intra totum lucere non. tum hoc facilius sit quam illud? tum etiam quia intra totum augetur a partibus maiore sensibilitate, et partes seorsim existentes de se sensibiles non sentiebantur, intra totum sentiuntur quia unum conjunctum aliis partibus, non aliquo [illegible] facta divisione simul videntur illae audiri ab aliis. tum nihil sit quod ad conditionem coniunctionem neque maiorem mutare; conditione fiet in illis quae supernaturaliter supplere quod praestabat substantia quod quidem distincte ... connaturalia mutaret.

Sen[illegible]

Sect.° 5.

Amplius roboratur superior Doctrina argumentorum solutione.

Obijciunt 1.° ut pars aliqua panis et vini dicatur non satis est de se esse sensibilem, nisi sentiri etiam possit a consecrante; sed non quaelibet pars minima sentiri etiam post a consecrante, sed tantum ea quae detracta, et certam magnitudinem habet: ergo nisi tantae magnitudinis sit non poterit consecrari. ad quod ideo Eucharistia se habet terminus ~~magnitudinis~~ parvitatis in fieri et conservari. minor est certa ergo ut experientia constat non quilibet consecrans percipe post quamlibet partem minorem, et minorem sine termino. Maior autem ostenditur quia nequit sensibiliter demonstrari per Hic et Hoc quod non sentitur a demonstrante, vel saltem quod proxime sentiri non potest. nam demonstrare sensibiliter per ea pronomina est ostendere rem praesentem in ordine ad sensum.

Ex adversae partis fortissimum argumentum. Respondetur data gratis pronunc maiori, negando minorem acceptam generaliter de omni consecratione, nam tantae perspicacitatis esse potest consecrans, quod minima percipiat quod si aliquis non penetret valde tenuissimas partes nec eas sensibiliter demonstrare possit, non fiet consecratio. at non quia particula tenuissima sit terminus per se ab Eucharistia petitus in pane et vino sed quia per accidens accidit quod in consecrante deficiat perspicacitas sensus qua percipiat et sentiat obiectum per se sensibile.

Hoc ut melius penetres adverte duplici ex capite posse provenire non consecrationem fieri alicuius particulae panis et vini 1.° ex defectu se tenente ex parte ipsius particulae. 2.° ex defectu se tenente ex parte ipsius consecrantis. ex parte ipsius particulae impediretur consecratio quando ea non esset panis ~~vel~~ vinum, aut non esset ex se sensibilis, ita ut per ipsam staret ~~quominus percipi...~~, et non alium se

quominus sentiret, ex parte ipsius Sacerdotis impediret consecra-
tionem quod ipse careret perspicacitate sufficienti ad percipienda partes
de se perceptibiles, ita ut non stet per ipsam sed per defectum sensus in
Sacerdote existentem quominus percipiatur. Dico hoc posteriori
impedit consecratio non arguit materiam lucis esse incapacem aut hec
sectam sed adesse defectum conditionis requisitae ex parte consecrantis
quemadmodum magna quantitas panis et vini longissime posita
non potest consecrari, consecratio impeditur non quia ibi est talis, aut
incapax sit materia, sed quia datur defectus praesentiae requisitae, aut
perspicacitatis sensus, qui ad tantam distantiam nequit ob suam
imbecilitatem extendi.

Obijciunt. 2°. Materia humano modo insensibilis
nequit esse materia consecrationis, sed non quaelibet particula minima est
humano modo sensibilis, sed plures, nedum infinitae, sunt eo modo insen-
sibiles ergo non quaelibet minima pars potest esse materia consecrationis
ut quod ad certum terminum et detractum veniat infra quem nequit sensus
descendere. maior inde constat quia quod humano modo est insensibile
humano modo est indemonstrabile, et quod humano modo est indemon-
strabile humano modo est inconsecrabile. Deinde etiam quia Sacramenta
instituta sunt ad usum humanum accommodata, et talia non essent
non constarent materia humano modo sensibili. minor est quia nostri sensus
hebetes admodum sunt, nec unquam videmus adeo linceos ut minimis
et minoribus athomis, qui in infinitum decrescunt, aliquis
sit quem non percipiant semper non haerent in particula aliqua
infinitis aliis plane maiori, quamvis in se tenuissima et subti-
lissima.

Respondeo 1°. negando minorem: quaelibet est humano modo sen-
sibilis saltem ab oculis glorificatis: imo a non glorificatis sen-
tiri posse adeo minutas res, ut in admiratione sit quod. Nemo enim
non videret qui quadrigam fecit ex ebore, et quam musca suis
alis tegeret et navim quam apicula alis abscondi posset
ut Plin. Miron. Vererline referunt neque constat nam hic

stetisse, exunt alij forsan piscaciores multo omnibus nobis iam noti
Resp. 2º minorem distinguo. non quaelibet minima particula est humano modo sensibilis omnibus de se est aut ex parte sua nego minorem ex defectu pot. aut debilitate sensus concedo minorem et nego cōam. quia ad materiam aptam eucharistiae solum requiritur sensibilitas intrinseca, quae de se et per suas qualitates intrinsecas, quaelibet minutissima pars sentiri posset, ita ut per ipsam non stet quominus actu sentiatur, quidquid sit an aliunde stet per imbellitate sensus, id non per accidens est. quare cum minor et minor pars sine termino sit de se sensibilis et dicta et de se demonstrabilis, de se etiam est consecrabilis atque ideo caret termino ex se; quod si minutissima pars non posset a consecrante sentiri aut demonstrari et consequenter nec consecrari. certe non est propter ineptitudinem materiae, sed propter ineptitudinem sensuum non potentis sentire quod de se sensibile est, nec demonstrare, quod demonstrabile est.

Obijcitur 3º. Materia Baptismi habet terminum per se ergo et materia eucharistiae cum eadem videatur utriusque ratio. antecedens probatur. quia non satis est esse aquam de se sensibilem, sed ulterius requiritur quod possit abluere, non autem quaelibet imperceptibilis aquae particula potest abluere, sed requiritur et minimum tanta qua minor nequeat. ergo habet terminum infra quem aqua non est materia apta. Resp. dato anti negando cōam. discrimen. l. ipsius argumentum attinet, nam materia proxima Baptismi est ablutio et ideo portio aquae de se inepta ablutioni est materia de se inepta Baptismo. eucharistiae vero materia est panis sensibilis atque ideo quidquid est panis sensibilis de se, est etiam de se materia apta eucharistiae

Dices. sicut materia Baptismi est aqua apta ablutioni ita materia eucharistiae est panis aptus manducari sed ergo non quaelibet pars minima aquae est apta ablutioni non quaelibet est materia apta Baptismi, sed usque ad certum terminum parvitatis. ergo ergo non quaelibet pars minima panis est

apta manducationi ~~manu~~ non quaelibet pars panis erit apta materia consecrationis. resp. 1.º negga paritatem, et negando quod non quaelibet parti minima panis sit apta manducationi, ablutioni necessaria. non opus est quod dentibus teratur, aut teri possit, sed satis est quod mixta, et involuta saliva glutiatur; resp. 2.º negando ꝗ. Sicut est maxima differentia, nam ablutio est actio essentiale Baptismi, cum hoc sacramentum consistat per usum, manducatio vero non est actio essentiale Eucharistiae, cum haec ex sup.ª dicta non consistat per usum, sed illum praecedat. Unde ineptitudo ad ablutionem est inepta ad essentialem actionem et designationem adipsum Baptismum: ineptitudo vero ad manducationem non est ineptitudo ad essentialem Eucharistiae actionem, sed ad aliquid illi accidentale, et designationis. adest ideo disparitas aptitudo ad Eucharistiam.

Q. 6.

De praesentia, et de ratione materiae remotae Eucharistiae vel panis, et vini

Sect. 1.ª Notationes pro quibus circa praesentiam panis, et vini ad consecrationem.

Notandum 1.º sermonem in praesenti esse de praesentia requisita ad demonstrandam rem per nomen *Hic*, et *Hoc*, cum necessitas praesentiae panis, et vini oriatur ex indigentia, quam ad demonstrandum habent proxima haec nomina. Certe non alia praesentia futurus est sermo, quam de requisita ad ipsam, quam ostendere solemus demonstrandam. Et de praesentia panis, et vini sufficiens ad verificandam demonstrativa *Hic* et *Hoc*, sufficiens etiam erit tota forma verificanda, et valide efficiendum Eucharistiae sacramentum, nec in hoc potest esse dubium.

No

Notandum 2.º pronomen quia de qua futurus est sermo esse illam quae sufficiat ut res demonstrari possit per ipsum pronomen Hic aut hoc nude acceptum hoc est ex vi ipsius pronominis independenter ab alio nutu vel signo extrinseco coadiuvante ut bene Suarez supra communiter et alij animadvertunt, ratio est: quia si praesentia talis sit, ut nequeat res per ipsum demonstrari pronomen Hic aut Hoc nisi aliud signum externum aut nutus adveniat verba accedens demonstrans panem et vinum includere illud signum, aut nutum tanquam demonstrativum partialem sine quo non teneret effectum et consummatum sensum: atqui hoc repugnat formae accedentis, quae ex Christi institutione consistit in solis verbis proprie dictis, nec valet per nutum, aut gestum etiam partialiter. Ergo praesentia, de qua futurus est sermo, debet esse accedentis proxima ea est, quae sufficiat ut demonstret rem per pronomen Hic aut Hoc independenter ab alio signo vel nutu extrinseco coadiuvante.

Notandum 3.º nomina Hic et Hoc debere verificari de praesentia proprie et stricte accepta, et non sufficere quod verificentur de praesentia lata, veluti si dico de homine qui paulo ante erat praesens, et iam non est hic homo est sapiens vulgariter non censetur adhuc praesens ob parvam temporis distantiam inter discessum illius et nostram demonstrationem rigorose non est praesens: atqui ideo non verificantur nomina stricte et proprie ut oportet est accedente neque non supposita materia panis et vini nunc destructa, et paulo antea existente, proferre proprie possumus verba Hoc est corpus Hic est sanguis

Unde notandum 4.º non esse accipienda nomina Hic et Hoc in sensu a Dialecticis saepe usurpato quo non illis ut unimur minus proprie nempe ad signandum nomen cui praeponuntur accipi pro re singulari, sive haec praesens sit sive absens, sive existat in rerum natura sive non proprie autem usurpantur

q.º ad rem p̄sentem, et sensu p̄ceptibile, demonstrandæ designant, neq. n. agimus in p̄senti de intellectuali demonstratione sed de sensibili n̄ de demonstratione ad intellectum sed ad sensum.

Notandum 5. p̄sentiam panis et vini n̄ debere esse omnino physicam, quæ physicam iunctionem importet cum demonstrante sed sufficere moralem dummodo sit propria et stricta ut dictum est. quis n. dicat solem id a nobis demonstrari quod attingimus aut manu palpamus? certe demonstrari p̄ propriè, quæ a demonstrante physicè distant l. separantur quando moralis n̄ censent distare.

Sed dices ut panis rem et controversiæ punctum exprimamus agimus de p̄sentia quæ ab re et in ratione possit substantia panis et vini dici in prudenti æstimatione p̄bens consecranti ut nom.ª Hic et Hoc p̄cisse et sine aliquo alio signo aut circumstantia aut nutu sensibili demonstrari. item p̄cisse ex verbis consecrationis devenire possimus in cognitionem rei p̄sentis demonstratæ et ideo inquirimus substantia panis et vini debeat esse p̄sens consecranti h̄ genere p̄sentiæ ut consecratio valeat?

Sect.º 2

Substantia panis et vini debere esse p̄sentem consecranti, ut consecr.º valeat

Sta. PP. Vazquez 3. p.te d. 171. c. 4. Suarez ibidem disp. 43 de Eucharistia Sect. 6. Lugo d. 4 de eodem myst.º Sect. 7. n.º 121 Conink de Sacramentis q. 74. art. 2. dub. 1. n.º 8. Valentia tom. 4. d. 6. q. 2 punc. 3. Aragonius 3. p.te q. 74. art. 2 dub. 2. Laiman lib. 5 theologiæ moralis tract. 4. c. 2. n.º 10. Filliutius tract. 4 de Eucharistia c. 3 n.º 67. Henriquez lib. 8 de Eucha

chiã c. 14. et cum D. Thoma in 4. dist. 11. q. 2 art. 1 Alexandrus, Cajet. Sotus. Victoria Clictius Maffeus et cons. DD. S.ta Maiore qui eidem sententiæ oppositum dicens posse consecrari panem a tergo i. post parietem positum, et tamen panis post parietem existens n. censeat moraliter præsens. cit.

Probatur 1. ex instit.e Xpi perpetua Ecclesiæ traditione confirmata ita ut semper intellexit ecclesia essentialiter præsentiam panis et vini ad consecrationem, ut sine illa irrita omnino sit et vana unde illud hoc quotiescumque feceritis et Hoc facite in meam commemorationem refert ad mat. præsentem adhibendam tanquam ad rem substantialiter requisitam ut rite fiat consecratio: atque ideo ni dedit Apostolis potestatem consecrandi in mat. absente, sed in præsente qualem Xpus adhibuit, neque Ecclesia potest in hoc dispensare.

Probatur 2. quia ut valeat consecratio requiritur quod forma consecrationis sit vera stricte et proprie accepta, sed ut stricte et proprie accepta vera sit postulat panem et vinum esse præsentia, ergo ut valeat consecr. also requiritur panem et vinum esse præsentia. minor in qua est difficultas ostenditur, quia ut vera sit postulat quod sit obtentum in quod pronom.a illa demonstrativa Hic et Hoc rigorose accepta ferant, atqui rigorose accepta feruntur in rem sensibiliter præsentem, nam si quis demonstraret per lingue ex vi pronominis, et n. adesset præsens aliquid quod demonstraret, cui dubio falsa demonstratio et irrisoria. Ergo ut forma consecrationis stricte et proprie accepta vera sit postulat panem et vinum esse præsentia. putaret

Probatur 3. quodvis sacrificium hactenus a Deo institutum ex generatio exigit ut hostia sit moraliter præsens sacrificanti, ut facile constabit discurrenti per singula

tempora, et multiplicia veteris testamenti sacrificia.
Sed consecratio talis est ex institutione Christi ut possit haberi ratio
Sacrificii: ergo requirit materiam panis et vini taliter praesentem
qualiter requirit ut possit offerri verum sacrificium.

Probatur 4. quia semel concesso quod non requiratur praesentia
poterit fieri valide consecratio in majori et majori distantia
ita ut ego hic existens possim consecrare materiam panis
et vini existentem Romae, aut apud Indos, quod nullus
ausus est dicere, nec sine ingenti temeritate et stultitia
dici potest. ergo ratio requirit praesentiam, antequam probatur
quia nulla ratio est cur possit tantum distare et non amplius
ut non requiratur quod sit praesens. quilibet n. [illegible]
voluntarie et gratis assignare nobis.

Probatur 5. quia pronomen Hoc (idem intellige
de pronomine Hic) in eo differt a pronomine illud quod pronomen
Hoc non destinatur ex se ad rem absentem, sed praesentem demonstrandam.
pronomen vero illud ordinatur ex se ad demonstrandam
rem absentem non vero ad praesentem: ergo sicut
rigorose acceptum pronomen illud nequit verificari
de praesenti, ita rigorose acceptum pronomen Hoc nequit
verificari de re absenti, atque adeo ut tota locutio
qua continetur vera sit requirit materiam panis (et vini
si sit pronomen Hic) in quam fertur esse moraliter praesentem.

Imo ex eisdem pronominibus potest confirmari. dices nam
ut aliquando utamur pronomine Hic Haec, aut Hoc ad demonstrandam
rem moraliter absentem, et pronomine illud ad demonstrandam
rem praesentem velut existens digito in civitate valde distante
per duas aut tres leucas, quam oculis videmus dicimus haec
civitas est Corduba, illustris et dives, et aurum praesens
nos existens digito ostendimus dicendo illud est aurum non
mare illis et aliis adiunctis, siquidem pronominibus
hic

